

NOTITIA

SCRIPTORUM SS. PATRUM

ALIORUMQUE VETERIS ECCLESIÆ

MONUMENTORUM,

QUÆ

IN COLLECTIONIBUS ANECDOTORUM

POST ANNUM CHRISTI MDCC. IN LUCEM EDITIS

CONTINENTUR,

NUNC PRIMUM INSTRUCTA

OPERA ET STUDIO

JOANNIS GOULTER DOWLING, A. M.

E COLLEGIO WADHAMENSI,

ECCLESIÆ ANGLICANÆ PRESBYTERI.

OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXXXIX.

EPISTOLA AD LECTOREM.

QUUM possim meum propositum in hoc tractatu componendo paucis explicare, non est quod te, Lector benevole, longa præfatione morer. Quem hic in usum tibi offero, libellus nec præcone indiget, neque, ut spero, defensore. Nullam enim laudem nisi diligentiæ atque utilitatis sibi arrogat. Bona igitur tua venia mihi liceat, omissis ambagibus, in medias res te rapere.

Incipiente duodevigesimo sæculo, clarissimus THOMAS ITTIGIUS, Lipsiensis, vir de studiis Ecclesiasticis optime meritus, *Tractatum de Bibliothecis et Catenis Patrum, variisque veterum Scriptorum Ecclesiasticorum collectionibus*[a] in publicam lucem edidit. In hoc libro doctissimus ille auctor omnes editiones Bibliotheca-

[a] D. Thomæ Ittigii de Bibliothecis et Catenis Patrum, variisque veterum Scriptorum Ecclesiasticorum collectionibus Basileensibus, Tigurinis, Parisiensibus, Coloniensibus, Lugdunensibus, Leidensibus, Ingolstadiensibus, Antverpiensibus,

eruditionis Patristicæ studiosos sibi devinxit, Bibliothecæ Patrum novissimæ indicem, ac multarum aliarum Collectionum titulos, prioris editionis catalogo adnumeravit. Nemo autem huc usque effecit, quod in animo mihi est.

Sed minime est dubitandum quin Collectiones Ittigii ætate recentiores monumenta quamplurima ad scientiam rerum Ecclesiasticarum prorsus necessaria contineant. Res disputatione non eget. Nemo est doctrina hoc genus quam modice imbutus, qui ignoret nomina Muratorii, Martene, Pezii, Wolfii, Mansi, Gallandii, Routh, Maii; qui cum multis aliis clarissimis viris, Gallis, Germanis, Anglis, Italis, post sæculum decimum octavum inceptum has artes felicissime coluerunt, ac plures ingentes tomos monumentis sacris refertos posteris tradiderunt. Istæ pretiosissimæ Collectiones ingentem scriptorum ad res quum Ecclesiasticas, tum historicas, tum literarias spectantium multitudinem exhibent. Patrum Opuscula et Fragmenta, Chronica, Historiæ, Concilia, Sanctorum aliorumque Vitæ, Diplomata, Epistolæ, atque alia innumera ad historiam tum civilem, tum præcipue Ecclesiasticam pertinentia in his farraginibus latent. Ac certe nemo de scientia rerum Ecclesiasticarum aut Medii Ævi historiæ gloriari potest, qui has literarum regiones non explorarit.

Habes igitur, amice Lector, causas, cur hoc *βιβλαρίδιον* scripserim. Nunc restat, ut de ratione, qua in isto componendo usus sum, perpauca dicam. Collectiones

opera Scriptorum Ecclesiasticorum continentes quæ post annum salutis MDCC. excusæ sunt, indagavi; omnes, ut spero, aut fere omnes, inveni, ipsis meis oculis vidi, diligenter evolvi. Quod demum confectum est, tibi defero. Istas Collectiones ordine, ut dicunt, chronologico, id est ratione annorum quibus in lucem prodierunt, habita, disposui. Titulos omnium descripsi, editores nominavi: ac denique Indices monumentorum in singulis contentorum, aut transcripsi, aut proprio Marte confeci. Observationes meas interserui, raras tamen, ac plerumque brevissimas. Gloriam enim minime affecto. Si per me via ad fontes Historiæ Ecclesiasticæ expeditior pateat, uberrimum tulisse me fructum industriæ meæ putabo. Hæc enim studia ut excolantur, ita cupio, ut nihil magis.

Dum animo pendebam, quo pacto fœtum φιλοπονίας meæ tecum communicarem, Alma mea Mater, Universitas Oxoniensis, mihi opitulata est, atque hunc tractatum sumptibus suis imprimi curavit. Delegatis Preli Academici, amplissimis Viris, maximas gratias et ago, et habeo, quod me tanto beneficio ornarint. Vale, Lector candide, ac mecum *roga quæ ad pacem sunt Jerusalem*. Gloucestriæ Idibus Septemb. MDCCCXXXIX.

CONSPECTUS

COLLECTIONUM

QUARUM INDICES IN HAC NOTITIA LECTORI SE OFFERENT.

ERRATA TYPOGRAPHICA.

Pag. 80. lin. 4. post *Epistola*, adde *ad*.
Ibid. lin. 27. pro *Joans*, lege Joannis.
Pag. 90. lin. 10. post *quinto*, adde *sexto*.
Pag. 199. lin. 16. pro *epistoli*, lege *episcopi*.
Pag. 201. lin. 25. pro *Merobandis*, lege *Merobaudis*.
Pag. 214. lin. 13. pro *Enthymii*, lege *Euthymii*.
Pag. 215. lin. 2. pro *Enthymianæ*, lege *Euthymianæ*.
Pag. 239. lin. 16. pro *ex*, lege *e*.

NOTITIA

SCRIPTORUM SS. PATRUM,

&c. &c.

I.

MIHI volenti Collectiones Operum SS. Patrum aliorumque Sacrorum Monumentorum post Ittigii ætatem in lucem editas enumerare, prima se offert *Collectio Nova Patrum*, quæ, edente clarissimo BERNARDO DE MONTFAUCON, Parisiis anno Salutis MDCCVI. publicam lucem adspexit. Titulus ita se habet:

COLLECTIO NOVA Patrum et Scriptorum Græcorum, Eusebii Cæsariensis, Athanasii, et Cosmæ Ægyptii. Hæc nunc primum ex Manuscriptis Codicibus Græcis Italicis Gallicanisque eruit, Latine vertit, Notis et Præfationibus illustravit D. Bernardus de Montfaucon, Presbyter et Monachus Ordinis Sancti Benedicti, e Congregatione S. Mauri. Parisiis, MDCCVI. In Folio.

In tomo primo continentur

EUSEBII PAMPHILI Cæsariensis Ep. Commentarii in Psalmos.

In secundo tomo continentur

S. ATHANASII Archiep. Alexandrini Opuscula secundis curis reperta, et antehac inedita.

COSMÆ Indicopleustæ Christianorum Opinio de Mundo, sive Topographia Christiana.

EUSEBII Cæsariensis Commentaria in Hesaiam.

Ista sunt perpauca quidem, magni autem momenti Opera, ac Montfaucon editore digna. Eusebius enim Cæsariensis, et S. Athanasius Alexandrinus, magnus ille Ecclesiæ Doctor, inter melioris ævi Patres primum locum obtinent. Atque opus Cosmæ[a] monachi, ut vocant, Indicopleustæ, qui sæculo sexto incipiente mercaturæ causa suscepit navigationem, de qua in hac *Topographia Christiana* historiam narrat, rebus quum Geographicis, tum Ecclesiasticis haud parum lucis affert.

II.

Anno MDCCIX. LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS, vir inter Italos sui temporis longe eruditissimus, collectionem scriptorum veterum Græcorum hactenus ἀνεκδότων edidit, cujus hic est titulus:

ANECDOTA GRÆCA quæ ex MSS. Codicibus nunc primum eruit, Latio donat, Notis, et Disquisitionibus auget Ludovicus Antonius Muratorius, Sereniss. Raynaldi I. Ducis Mutinæ, &c. Bibliothecarius. Patavii, MDCCIX. in 4to.

Index eorum quæ in hoc libro continentur, ita se habet:

[a] De Cosma Indicopleusta consulendi sunt J. A. Fabricius (Bibl. Græc. vol. ii. p. 609, et seq.), et Maturinus V. La Croze (Hist. du Christianisme des Indes, p. 27–37.) qui Cosmam Nestorianum fuisse omni studio contendit. "Vocatur," dicit cl. Bandinius, "a viris eruditis *Cosmas Indicopleustes;* sed dubitandum cum clarissimo Fabricio, an proprium hoc ejus nomen fuerit; nam, ut *Indicopleustes* quidem dictus est a suscepta apud longe dissitas gentes navigatione (quæstus enim causa Æthiopiam, Indiam, Orientalesque alias regiones peragraverat) ita Cosmas appellatus videtur, quod Κόσμου sive *Mundi* topographiam litteris consignasset." Ap. Fasciculum Rerum Græc. Eccles. p. xviii.

III.

Idem Muratorius, exeunte sæculo decimo septimo, monumentorum quoque Latinorum collectionis sub Anecdotorum nomine tomos duos edidit. De his, quorum prior anno MDCXCVII. secundus anno MDCXCVIII. Mediolani in lucem prodiit, consulendus est Tractatus Ittigianus, p. 662–664. Mei autem est instituti de reliquis tomis ejusdem collectionis mentionem facere, qui, tertius scilicet ac quartus, Patavii anno MDCCXIII. lucem publicam adspexerunt. Titulus utriusque tomi talis est:

Anecdota, quæ ex Ambrosianæ Bibliothecæ Codicibus nunc primum eruit Ludovicus Antonius Muratorius, Sereniss. Raynaldi I. Mutinæ, &c. Ducis Bibliothecarius. Tomus tertius. Patavii, Typis Seminarii, M.DCC.XIII. Apud Joannem Manfrè. Superiorum Permissu, ac Privilegio.

Index Opusculorum tomi tertii.

Tertulliani Libellus de Oratione completus, cum notis Guidonis Panciroli, et Ludovici Antonii Muratorii.

Stephanardi de Vicomercato Ord. Præd. Poema de gestis in Civitate Mediolani sub Othone Vicecomite Archiepiscopo.

Anonymi qui vixit circ. annum Christi DCCCX. Liber de Computo, sive de Kalendario.

S. Hildeberti Cenomanensis Episcopi Epistolæ V. et Sermones II. una cum Epistola Ivonis Carnotensis.

Gezonis Abbatis Derthonensis Liber de Corpore et Sanguine Christi.

Æneæ Silvii Picolominei Episcopi Senensis, qui ad Pontificatum Maximum evectus Pius II. appellatus est, Oratio habita coram Callisto Papa III. de *Compactatis Bohemorum*.

Index Opusculorum tomi quarti.

S. Maximi Taurinatis Episcopi Sermones.

Antiphonarium vetustissimum Monasterii *Benchorensis* in Hibernia.

Magistri Manegaldi contra Wolfelmum Coloniensem Opusculum.

Supplementum Historiarum Johannis de Cermenate.

Patriarcharum *Aquileiensium* Vitæ a S. Hermagora usque ad Nicolaum Patriarcham.

IV.

D. EDMUNDUS MARTENE, vir summa diligentia, ac doctrina haud parva insignis, et D. URSINUS DURAND, Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri, præclara virorum eruditissimorum Dacherii et Mabillonii exempla imitati, monumenta varia ad res tum Ecclesiasticas, tum Historicas pertinentia quæ *Iter* suum *Literarium* facientes offenderant, juris publici fecerunt. Anno Christi MDCCXVII. una omnes in lucem prodierunt hujus Collectionis tomi; quorum primus hac inscriptione gaudet:

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus Primus, complectens Regum ac Principum aliorumque Virorum Illustrium Epistolas et Diplomata bene multa. Prodit nunc primum studio et opera Domni Edmundi Martene et Domni Ursini Durand, Presbyterorum et Monachorum Benedictinorum e congr. S. Mauri. Lutetiæ Parisiorum, sumptibus

Florentini Delaune, Joannis-Gaufridi Nyon,
Hilarii Foncault, Stephani Ganeau,
Michaelis Clonzier, Nicolai Gosselin,

Bibliopolarum Parisiensium.

MDCCXVII. Cum Privilegio Regis et Superiorum Permissu.

Quum hic primus tomus nihil continet nisi Epistolas ac Diplomata, quæ nimis longum foret, neque operæ pretium est, enumerare, ad alterum pergamus.

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus secundus, in quo continentur URBANI PAPÆ IV. Epistolæ LXIV. CLEMENTIS PAPÆ IV. Epistolæ DCCXI. JOANNIS XXII. Processus varii in Ludovicum Bavarum et ejus Asseclas. INNOCENTII VI. Registrum Epistolarum anno MCCCLXI. Aliaque plura

de Schismate Pontificum Avenionensium Monumenta.

Monumenta itaque eo contenta titulus ipse declarat.

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus Tertius, complectens Chronica Varia, Aliaque cum ecclesiastica tum civilia omnium pene nationum Monumenta Historica. Quo continentur

Non est quod Tomus Quartus, qui nihil nisi res Synodicas continet, nos moretur. Satis erit titulum describere:

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus Quartus, in quo continentur Varia Concilia, Episcoporum Statuta Synodalia, illustrium Monasteriorum ac Congregationum edita præsertim in Capitulis generalibus Decreta.

Restat ut varia omnis ævi monumenta quæ Tomo ultimo leguntur, recenseam.

THESAURUS NOVUS ANECDOTORUM. Tomus Quintus, complectens SS. Patrum, aliorumque Auctorum Ecclesiasticorum omnium fere sæculorum, a quarto ad decimumquartum, Opuscula.

Index Opusculorum, quæ hoc in volumine continentur.

V.

Quamquam clarissimi JOSEPHI SIMONII ASSEMANI *Bibliotheca Orientalis* nihil ad meum propositum faciens nisi Excerpta ac Operum ineditorum titulos ut plurimum exhibet, non est tamen quod librum tam pretiosum hic prætermittendum existimem. Titulum saltem atque Indices Capitum huic notitiæ inseri curabo.

Bibliotheca Orientalis Clementino-Vaticana in qua Manuscriptos Codices Syriacos, Arabicos, Persicos, Turcicos, Hebraicos, Samaritanos, Armenicos, Æthiopicos, Græcos, Ægyptiacos, Ibericos, et Malabaricos, jussu et munificentia Clementis XI. Pontificis Maximi ex Oriente conquisitos, comparatos, avectos, et Bibliothecæ Vaticanæ addictos, recensuit, digessit, et genuina scripta a spuriis secrevit, addita singulorum Auctorum vita, Joseph Simonius Assemanus Syrus Maronita Sacræ Theologiæ Doctor, atque in eadem Bibliotheca Vaticana Linguarum Syriacæ et Arabicæ Scriptor. Tomus Primus de Scriptoribus Syris Orthodoxis. Romæ, MDCCXIX. Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. Superiorum Facultate.

Indicem Capitum tomi primi describo.

[a] Annos, quibus floruerunt singuli auctores, in primi tomi Indice ab Assemano omissos, ipse adjeci.

Tomus Secundus de Scriptoribus Syris Monophysitis, anno Christi MDCCXXI. lucem publicam adspexit.

Index Capitum Tomi Secundi talis est:

[b] Hos scriptores in calcem hujus tomi Assemanus rejecit, quod de Abgari Epistola diversa sunt Eruditorum judicia; et Archelai Disputatio ejus nomine non potest certo inscribi. Sed "Abgarianam epistolam nullo νοθεύσεως vitio laborare," vir doctissimus sibi persuadet, p. 554. Disputationis scriptorem non Archelaum, sed Hegemonium fuisse confirmat, p. 555.

c Multa de hoc scriptore habet Assemanus. "Scripsit" enim (sic dicit) "Bar-Salibæus eleganti sermone Syriaco, multaque erudita volumina, in quibus nil fere optimo Theologo indignum occurrit, si Monophysitarum hæresim excipias, quam ubique propugnat." p. 157.

d Omnium operum quæ Barhebræus edidit, doctissimum æque ac utilissimum, Assemano judice, est Chronicon Tripartitum, cujus duas posteriores partes in hanc Bibliothecam fere integras transtulit, pp. 321–462. Textus autem Syriacus partis primæ, (quam sub *Historiæ compendiosæ Dynastiarum* nomine clarissimus Pocockius noster Oxonii, anno MDCLXIII., Arabice et Latine edidit,) Lipsiæ, anno MDCCLXXXIX. lucem publicam adspexit, hoc titulo inscriptus: Gregorii Abulpharagii sive Bar-Hebræi Chronicon Syriacum e Codicibus Bodleianis descripsit maximam partem vertit notisque illustravit Paulus Jacobus Bruns Philos. et legum Doctor Histor. Literar. et Linguarum Orientalium Professor Publicus ordinarius et Bibliothecæ Publicæ Præfectus

Tomi Tertii Pars Prima de Scriptoribus Syris Nestorianis, Anno Salutis MDCCXXV. lucem adspexit.

Index Capitum Tomi Tertii talis est:

in Academia Helmstadiensi, edidit, ex parte vertit notasque adjecit Georgius Guilielmus Kirsch Philos. Doctor et Gymnasii quod Hofæ est in Marggraviatu Baruthino Rector. Lipsiæ, CIƆIƆCCLXXXVIIII. tom. 2. in 4to.

e Hic Ebedjesu Sobensis Catalogus Librorum Ecclesiasticorum, metrica oratione compositus, quem post Abraham Ecchellensem Assemanus Syriace et Latine typis publicavit, " neque omnes continet Syros Scriptores, neque omnia eorum, quorum nomina referuntur, opera. Præterea Canonici utriusque Fœderis libri, Patresque e Græco vel Latino in Syriacum conversi priorem ejusdem partem occupant; posteriorem potioremque Syri Nestoriani. Demum ordo temporis sæpenumero a Sobensi negligitur, qui priores Scriptores cum posterioribus conjungere solet, aut ipsos etiam recentioribus postponere." Indicem capitum hujus Catalogi in libellum meum transferre operæ pretium esse videbatur.

[f] De hoc Appendice Assemanus hæc habet: "Absoluto Sobensis Catalogo, superest, ut quos ille Syros Scriptores prætermisit, servata temporum ratione recenseam, sive ii orthodoxi fuerint, sive hæretici: utrique enim ad eos populos spectant, quos Chaldæos, Assyrios, Orientales, seu Nestorianos appellamus. Et potiorem quidem hujus Appendicis partem Nestoriani occupant, quorum notitiam Thomæ Margensi, Mari, Amro, Eliæ, Barhebræo, Abulbarcato, et Ecclesiasticis ejus gentis libris debemus. Catholicos paucos Scriptores habemus, quorum scripta ex nuper illatis in Bibliothecam Vaticanam Codicibus comperta sunt." p. 363.

Bibliothecæ Orientalis quartus Tomus, (sive Tomi tertii Pars Secunda de Syris Nestorianis,) Romæ, anno MDCCXXVIII. in lucem editus, doctissimam atque amplissimam Assemani Dissertationem de Syris Nestorianis continet.

VI.

Nunc ad *Thesaurum Anecdotorum Novissimum* BERNARDI PEZ, Benedictini et Bibliothecarii Mellicensis, progredimur. Ista collectio, sex magnis tomis in folio distincta, Augustæ Vindelicorum et Græcii in lucem prodiit. Primi Tomi, anno MDCCXXI. editi, titulus ita se habet:

Thesaurus Anecdotorum Novissimus: seu Veterum Monumentorum, præcipue Ecclesiasticorum, ex

Germanicis potissimum Bibliothecis adornata Collectio recentissima.

TOMUS I.

PARS I.

PARS II.

PARS III.

Omnia nunc primum cum Præfationibus, Observationibus præviis et Indicibus necessariis publici juris facta a R. P. Bernardo Pezio, Benedictino et Bibliothecario Millicensi, Operam et studium conferentibus aliis pluribus tum sui, tum aliorum Or-

dinum et Monasteriorum eruditis Viris, quorum nomina suis quæque opusculis præfixa sunt. Cum consensu superiorum. Augustæ Vindelicorum et Græcii. Sumptibus Philippi Martini, et Joannis Veith Fratrum. Anno 1721.

TOMUS II.

PARS I.

PARS II.

PARS III.

Omnia nunc primum cum Præfationibus, Observationibus præviis et Indicibus necessariis publici juris facta. A. R. P. Bernardo Pezio, Benedictino et Bibliothecario Millicensi, Operam et Studium conferentibus aliis pluribus tum sui, tum aliorum Ordinum et Monasteriorum eruditis Viris, quorum nomina suis quæque opusculis præfixa sunt. Cum Consensu Superiorum. Augustæ Vindelicorum et Græcii. Sumptibus Philippi, Martini, et Joannis Veith Fratrum. Anno 1721.

TOMUS III.

PARS I.

PARS II.

PARS III.

Omnia nunc primum, &c. Anno 1721.

Elenchus Opusculorum, quæ hoc Tomo IV. Thesauri Anecdotorum Novissimi continentur.

PARTE I.

PARTE II.

PARTE III.

Omnia nunc primum, &c. anno 1723.

Tomus Quintus Thesauri Peziani gaudet titulo, quem hic exscribo.

Magni Gerhohi seculo XII. Præpositi Reicherspergensis Ord. Can. Reg. S. Aug. Commentarius Aureus in Psalmos et Cantica Ferialia, quo præter amplam luculentamque Divini hujus libri expositionem magna quoque pars historiæ controversiarumque illorum temporum continetur. Accesserunt, ubi ille deficit, supplementa necessaria ex nondum edito in eosdem Psalmos Commentario Viri eodem seculo longe Celeberrimi Honorii Augustodunensis Ord. S. Ben. Prodeunt nunc omnia primum tum junctim cum reliquis *Thesauri Anecdotorum Novissimi* Tomis, quorum hic *Quintus* est, tum etiam separatim, ex MSS. Codd. Reichersperg. et Mellicens. Cum Indicibus necessariis publici juris facta, opera et studio RR. PP. Bernardi Pez Benedictini et Bibliothecarii Mellic.

et Felicis Mariæ Wirtenberger Ord. Serv. B. Mariæ Virg. Concionatoris. Augustæ Vindelicorum et Græcii, Sumptibus Fratrum Veith, anno MDCCXXVIII.

Insequenti anno Tomos hos quinque Sextus excepit.

Codex Diplomatico-Historico-Epistolaris, quo Diplomata, Chartæ, Epistolæ, Fragmenta Opusculorum, Epitaphia, et alia id genus vetera monumenta Pontificum Rom. Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Imperatorum, Regum, Marchionum, Ducum, Comitum, aliorumque Illustrium Virorum a Seculo Christi Quinto usque ad Decimum fere Sextum continentur, totiusque pene Europæ Historia illustratur. Prodeunt nunc omnia primum tum junctim cum reliquis Thesauri Anecdotorum Novissimi Tomis, quorum hic Sextus est, tum etiam separatim ex Diversarum Bibliothecarum MSS. Codd. et Archivorum Membranis, opera et studio RR. PP. Bernardi Pez, Benedictini et Bibliothecarii Mellicensis, et Philiberti Hueber, dum viveret, Archivarii itidem Mellic. Augustæ Vind. et Græcii, Sumptibus Fratrum Veithiorum, anno MDCCXXIX.

VII.

Neque inter Protestantes defuerunt qui virorum doctorum sacris Romanæ Ecclesiæ addictorum labores imitarentur. Primus ante omnes nobis se offert Joannes Christophorus Wolfius, Hamburgensis; qui *Anecdota* quædam *Græca* apud varias bibliothecas hactenus latentia publici juris fecit, ac suæ collectioni hunc titulum præfixit:

Anecdota Græca, Sacra et Profana, ex Codicibus manu exaratis nunc primum in lucem edita, versione Latina donata, et notis illustrata a Jo. Christophoro

Wolfio Pastore ad D. Cathar. Hamburg. et Scholarcha. Tom. I. Hamburgi, Apud Theodorum Christophorum Felginer CIƆIƆCCXXII. in 8vo.

Tomo Primo continentur,

Tomus Secundus eodem anno prodiit, et continet

In Tomo Tertio, qui anno MDCCXXIII. lucem adspexit, hæc exhibentur:

In Tomo Quarto, qui anno MDCCXXIV. editus est, leguntur,

. Liber Primus Photiani de Paulicianis operis, *Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐν συνόψει διήγησις τῶν νεοφαντῶν Μανιχαίων ἀναβλαστήσεως*, Bibliothecæ Coislinianæ, (p. 349–375.) quæ doctissimo Montfaucon edente, Parisiis, anno MDCCXV. in lucem prodiit, jam insertus erat. Sed Wolfius "necessarium putavit, ut idem ille liber primus cum cæteris tribus hic recuderetur."

VIII.

JOANNES ALBERTUS FABRICIUS, vir supra laudes meas positus, atque Wolfio conjunctissimus, nonnulla vetera Monumenta ad Res Ecclesiasticas spectantia, aut hactenus inedita, aut saltem rariora, suis Bibliothecis inseruit. *Bibliotheca Græca,* quæ Hamburgi (an. 1708–1728) prodiit, sequentia exhibentur:

Tomo V. MICHAELIS PSELLI *Διδασκαλία παντοδαπή*, sive de omnifaria Doctrina Capita et Quæstiones ac Responsiones CXCIII. ad Michaelem Ducam Imperatorem CPol. Gr. Lat.

Tomo VIII. S. BASILII Magni Precationes quædam. Gr. Lat. p. 92–100.

Fragmenta ex libris EUSTATHII Antiocheni deperditis. Gr. Lat. p. 170–188.

EUNOMII Hæretici Expositio Fidei. Gr. Lat. p. 253–260.

Ejusdem Apologeticus. Gr. Lat. p. 262–305.

B. HIERONYMI (Scriptoris Græci) Commentatio de Sensu Christianismi. Gr. Lat. p. 377–384.

Ejusdem Colloquium cum Judæo. Gr. Lat. p. 384–398.

Tomo X. S. ANDREÆ Cretensis Homilia de Publicano et Pharisæo. Gr. Lat. p. 141–155.

Precatio ad Dominum nostrum Jesum Christum, matutina, meridiana, et vespertina. Gr. Lat. p. 335–339.

Tomo XI. Synopticæ de Synodis Relationes. Gr. Lat. p. 165–183.
Synodicon Vetus. Gr. Lat. p. 185–258.
Tomo XII. S. THEODORI Studitæ Sermo de Delectu Ciborum, et Continentia. Græce. p. 303–305.
S. CHRISTOPHORI Patriarchæ Alexandrini Homilia, cuinam similis sit vita hæcce hominum, et in quem finem desinat. Gr. Lat. p. 657–674.

Apud ejusdem J. A. FABRICII *Bibliothecam Latinam Mediæ et Infimæ Ætatis*, quæ Hamburgi (an. 1734–36) lucem adspexit, hæc vetera Monumenta[g] invenies.

Tomo I. Proverbia WIPPONIS Presb. ad Henricum, Conradi Imp. Filium. p. 1265–1272.
Tomo II. D. SEVERINI Episcopi Doctrina. p. 683–688.
Tomo III. Rhythmi Veteres de Vita Monastica. p. 913–920.
Tomo IV. Supplementum Somnii Moralis Pharaonis, auctore JOHANNE Lemovicensi. p. 261–273.
JOANNIS SARESBERIENSIS de Membris conspirantibus Carmen. p. 877–888.
Tomo V. NOTKERI BALBULI Libellus de illustribus Sacrarum Scripturarum Expositoribus, ad Salomonem, postea ab A. 891. Constantiensem Episcopum. p. 904–932.
Vetustissimi Versus, qui olim in Bibliotheca S. Isidori Hispalensis Episcopi legebantur. p. 933–936.
Tomo VI.[h] CŒLII SEDULII Presbyteri Carmen de Verbi Incarnatione. p. 929–940.

IX.

Sub *Miscellaneorum* titulo Veterum monumentorum collectionem RAIMUNDUS DUELLIUS edidit; qui suæ farragini hanc inscriptionem præfixit:

Raimundi Duellii Reg. S. Aug. Canon. et Bibliothe-

[g] Sed omnia, ni fallor, alibi typis divulgata exstant.

[h] Ultimum Volumen post fata celeberrimi Fabricii addidit Christianus Schoettgenius. Hamburgi, 1746.

carii Sand-Hippolytensis Miscellaneorum, quæ ex Codicibus MSS. collegit. Liber I. cum Permissu Superiorum. Augustæ Vind. et Græcii, Sumptibus Philippi Martini, et Joannis Veith, Fratrum. Anno MDCCXXIII. in 4to.

Index eorum quæ primus liber complectitur.

Index eorum quæ secundus Liber (i. e. Tomus) complectitur.

Statuta per Præpositum et Canonicos Wiennenses MCCCLXXXIII. composita de Optione Commodorum (i. e. habitaculorum.)
Statuta Ecclesiæ S. Stephani Wiennensis per Concilium Basiliense edita.
Fasciculus Epistolarum, Sec. XV.
Monumenta Sand-Hippolytensia, Sec. XIV. XV.
Chronicon Diessense.
Chronicon Saltzburgense ab Anno MCCCCIII. ad Annum MCCCCXCIV.
Necrologium FF. Prædicatorum in Retza.
Chronicon Rottenburgense.
Historia Monasterii Chombergensis.
Catalogus Episcoporum Pataviensium.
Duæ Chartæ, ex Tabulario Sand-Hippolytano, Historiam duorum Episcoporum Pataviensium illustrantes.
Statuta Ord. S. Augustini, juxta Regulam Canonicorum, secundum Observantiam Pragensis Diœcesis.
Res Sand-Andreanæ.
Catalogus Abbatum Collegiatæ Cann. Regg. S. Aug. ad S. Mariam in Arena Ecclesiæ Vratislaviæ.
Fragmentum Chartularii Sand-Hippolytensis membranei.

X.

Ex simili materia conflatæ sunt JOANNIS FRIDERICI SCHANNAT Collectiones, quæ *Vindemiæ Literariæ* inscribuntur.

Joannis Friderici Schannat Vindemiæ Literariæ, hoc est Veterum Monumentorum ad Germaniam Sacram præcipue spectantium Collectio Prima qua continentur

I. Necrologium Ecclesiæ Metropolitanæ Moguntinæ.
II. *Anonymi* Series Abbatum Monasterii Weissenburgensis.
III. Vetus Diptycon Fuldense.
IV. *Anonymi* Chronicon Cœnobii Schutterani.
V. Necrologium Laureshamense.
VI. Antiquitates Cœnobii S. Michaelis Bambergæ.
VII. Traditiones Veteres Cœnobii S. Stephani Herbipoli.
VIII. *Anonymi* Chronicon Erfordiense.
IX. Chartarium Reinhartsbornense.
X. Excerpta Necrologii Veteris Abbatiæ Mollenbeccan.

XI. Notitiæ Monasterii Omnium-Sanctorum.
XII. Rudera Abbatiarum Albæ-Dominorum et Albæ Dominarum.
XIII. Anonymus de Origine et Abbatibus Cœnobii S. Joannis in Rhingavia.
XIV. Dotationes Cœnobii S. Petri in Nigrasilva.
XV. Necrologium Abbatiæ Lucidæ-Vallis.
XVI. Diplomata et Epistolæ variæ.

Accedit Conspectus Trium Vetustissimorum Codicum, ex illis quos in ipso Martyrii Campo, ubi S. Bonifacius Archiepiscopus cum sociis gloriose occubiit, manus fidelium recollegerunt, ac in sacrarium Fuldense deportarunt. Cum Fig. æneis. Fuldæ et Lipsiæ, apud Mauritium Georgium Weidmannum, Sac. Reg. Pol. Majest. et Elect. Saxon. Bibliopolam. Typis Jo. Henr. Küsteri, suæ Cels. Typogr. M.DCCXXIII. Cum Permissu Superiorum.—In folio.

Insequenti anno tomus alter lucem publicam adspexit. Titulus ita se habet:

Joannis Friderici Schannat Vindemiæ Literariæ, hoc est veterum Monumentorum ad Germaniam Sacram præcipue Spectantium Collectio secunda qua continentur

I. Traditiones Veteres Cœnobii S. Petri Erfordiæ.
II. Excerpta ex Necrologio ejusdem Cœnobii.
III. *Anonymi* Chronicon Wirtembergense.
IV. *Anonymus* de Origine et Abbatibus Cœnobii Combergensis.
V. Necrologium Monasterii S. Michaelis Bambergæ.
VI. Burchardi de Hallis Chronicon Ecclesiæ Collegiatæ S. Petri Winpinensis.
VII. Dietheri de Helmestat Continuatio ejusdem Chronici.
VIII. Necrologium Eccles. Collegiatæ Winpinensis.
IX. *Anonymi* Vita B. Lamberti Can. Regg. Novi Operis juxta Halas Saxonicas, primi præpositi.
X. Translatio Reliquiarum S. Alexandri Martyris, ad idem Novi Operis Monasterium.

XI. Joannis Tylich Monasterii S. Mauritii extra Muros Nuemburgenses Præpositi, Chronicon Missnense.
XII. *Anonymi* Series Chronologica Episcoporum Virdunensium.
XIII. Diplomata et Epistolæ Variæ.

Cum Figuris Æneis. Fuldæ et Lipsiæ: apud Maur. Georg. Weidmannum, Sacr. Reg. Pol. Majest. et Elect. Saxoniæ Bibliopolam. Anno MDCCXXIV. In folio.

XI.

Sed istæ sunt perexiguæ collectiones, vel saltem monumentis minoris pretii refertæ: jam ad ampliores ac nobiliores progredimur. Parisiis anno Christi MDCCXXIII. *Dacherii Spicilegium* et *Mabillonii Analecta*, quæ sæculo decimo septimo jam vergente primum lucem adspexerant, denuo typis excusæ sunt. Quoniam editiones secundæ novum ordinem exhibent, ac multum a prioribus quas Ittigius recenset, (De Bibl. Patrum, p. 166–250; et p. 268–298.) differunt, putavi non fore alienum instituto meo, earum indices huic opusculo inserere. Utraque Collectio eamdem formam, nempe majorem quam *in folio* vocant, induit, atque operæ debetur ejusdem editoris, Ludovici Francisci Joseph de la Barre. Titulus novæ Dacherii Spicilegii editionis ita se habet:

Spicilegium sive Collectio veterum aliquot Scriptorum qui in Galliæ Bibliothecis delituerant: olim editum Opera ac studio D. Lucæ d'Achery, Presbyteri ac Monachi Ordinis Sancti Benedicti, Congregationis S. Mauri. Nova editio priori accuratior, et infinitis prope mendis ad fidem MSS. Codicum, quorum varias lectiones V. C. Stephanus Baluze, ac R. P. D. Edmundus Martene collegerunt, expurgata, per Ludovicum-Franciscum-Joseph De la Barre, Tornacensem. Tomus I. Parisiis, apud Montalant, ad Ripam P. P. Augustinianorum,

prope Pontem S. Michaëlis. M.DCC.XXIII. Cum privilegio Regis.

Elenchus Operum in Tomo I.

Elenchus Operum in II. Volumine contentorum.

Elenchus Operum in III. Volumine contentorum.

Miscellanea Epistolarum, Diplomatum, &c.

Privilegia Corbeiæ.

Hactenus Privilegia Corbeiæ.

S. ANSELMI Epistolæ

HILDEBERTI Cenomanensis Episcopi ac deinde Archiepiscopi Turonensis Epistolæ.

XII.

Eodem anno, opera ejusdem Editoris, *Mabillonii Vetera Analecta* iterum in lucem prodierunt.

Vetera Analecta, sive Collectio Veterum aliquot Operum et Opusculorum omnis generis, Carminum, Epistolarum, Diplomatum, Epitaphiorum, &c. Cum Itinere Germanico, Adnotationibus et aliquot disquisitionibus R. P. D. Joannis Mabillon, Presbyteri ac Monachi Ord. Sancti Benedicti e Congregatione S. Mauri. Nova Editio, cui accessere Mabillonii Vita et aliquot Opuscula, scilicet Dissertatio de Pane Eucharistico, Azymo ac Fermentato, ad Eminentiss. Cardinalem Bona. Subjungitur Opusculum Eldefonsi Hispaniensis Episcopi de eodem argumento. Et Eusebii Romani ad Theophilum Gallum Epistola, de Cultu Sanctorum Ignotorum. Parisiis, apud Montalant, ad Ripam PP. Augustinianorum, prope Pontem S. Michaëlis. MDCCXXIII. Cum Privilegio Regis. *In folio.*

Elenchus contentorum in hac nova Editione Veterum Analectorum.

Miscellanea Epistolarum, Diplomatum, &c.

Epistolæ Tegernsenses, scil.

R. P. D. JOANNIS MABILLON Opuscula.

Accessere

[a] Sub hoc ficto nomine Mabillonius ipse latet.

XIII.

Eodem tempore D. Edmundus Martene et D. Ursinus Durand, qui jam ab omnibus rerum Ecclesiasticarum studiosis maximam inierant gratiam, altero beneficio in rempublicam literariam collato gloriam sibi cumularunt. Thesaurum novum Anecdotorum, de quo supra (p. 4–9) egimus, *Veterum Scriptorum Amplissima Collectio* excepit. Hæc illo quamvis duplo fere major, ac novem tomis in folio distincta, haud diutius nos morabitur. Titulus enim singulorum voluminum, exceptis quinto nonoque, contenta satis indicat. Primi Tomi titulus est:

Veterum Scriptorum et Monumentorum Historicorum, Dogmaticorum, Moralium, amplissima Collectio. Tomus I. complectens Regum et Principum, aliorumque Virorum Illustrium Epistolas et Diplomata bene multa. Prodiit nunc primum studio et opera Domni Edmundi Martene, et Domni Ursini Durand, Presbyterorum et Monachorum Benedictinorum e Congregatione S. Mauri. Parisiis, Apud Montalant, ad Ripam PP. Augustinianorum, prope Pontem S. Michaelis. MDCCXXIV. Cum Privilegio Regis et Superiorum Permissu.

TOMUS II.

In quo continentur Vetera Monumenta Imperialis *Monasterii Stabulensis*. Wibaldi Abbatis Stabulensis et Corbeiensis in Saxonia Epistolæ. Alexandri Papæ III. Registrum epistolarum pro Remensi Provincia. Epistolæ variorum ad Sanctam Hildegardem cum responsis ad easdem. Friderici II. Imperatoris epistolæ variæ cum Summariis privilegiorum ecclesiæ Romanæ et quibusdam aliorum epistolis, anno MDCCXXIV. in lucem emissus est.

TOMUS III.

In quo continentur, AMBROSII CAMALDULENSIS ordinis præpositi generalis epistolarum libri XX. Præfationes in varias translationes de Græco in Latinum ab eo factas, et virorum eruditorum ad eum epistolæ. ALBERTI SARTHIANENSIS ordinis Minorum vicarii generalis et quorundam aliorum epistolæ selectæ. PETRI DELPHINI Camaldulensis ordinis epistolæ CCXLII. ÆGIDII VITERBIENSIS, THOMÆ WOLSEI, et PETRI CIACONII quædam epistolæ, anno eodem prodiit.

TOMUS IV.

Complectens plures Scriptores Historicos de rebus præsertim *Germanicis*, quorum index paginas tres complet, anno MDCCXXIX. lucem publicam adspexit.

TOMUS V.

Complectens plures scriptores Historicos de rebus præsertim Gallicis, Anglicis, Italicis, Constantinopolitanis et Terræ-Sanctæ, anno MDCCXXIX. prodiit.

Index contentorum in hoc Tomo V.

TOMUS VI.

Complectens plures Scriptores Historicos de variis Ordinibus Religiosis, Antiqua Martyrologia nonnulla, cum quibusdam Sanctorum Actis, eodem anno, MDCCXXIX. scilicet, quo priores duo, in lucem editus est.

Index Contentorum in Sexto Tomo.

TOMUS VII.

Complectens varia Concilia, Episcoporum Statuta Synodalia, Actaque plurima quæ Concilium *Pisanum* præcesserunt, ac subsecuta sunt, anno MDCCXXXIII. est vulgatus.

TOMUS VIII.

Complectens varia Concilia, Episcoporum Statuta Synodalia, cum amplissima Collectione Actorum ad Concilium *Basileense* pertinentium, et duplici Historia Concilii Tridentini, anno eodem in lucem prodiit.

TOMUS IX.

Varia complectens Opuscula Sanctorum Patrum, et aliorum Auctorum Ecclesiasticorum, Parisiis, anno MDCCXXXIII. editus, hæc monumenta exhibet:

Index Opusculorum quæ in hoc Tomo continentur.

XIV.

Neque immerito in nostram civitatem adsciscemus novam *Canisii Antiquarum Lectionum* et *Stevartii Tomi Singularis Insignium Auctorum*[b] editionem, quæ curis JACOBI BASNAGE adparata, demum post ejus mortem Amstelædami anno MDCCXXV. in lucem vulgata est. Hæc enim Canisii ac Stevartii editio non solum novo ordine, chronologico scilicet, digesta est, sed etiam novo titulo gaudet.

Thesaurus Monumentorum Ecclesiasticorum et Historicorum, sive Henrici Canisii Lectiones Antiquæ, ad Sæculorum ordinem digestæ variisque Opus-

[b] De his libris videndus est Ittigius. (De Bibl. Patrum, p. 577–605; et p. 605–608.) Præterea J. A. Fabricius recensionem editionis Basnagianæ, collatæ cum Ingolstadiensi, exhibet. ap. Bibl. Græc. Tom. xiii. p. 761–778.

culis auctæ, quibus Præfationes Historicas, Animadversiones Criticas, et Notas in singulos Auctores, adjecit Jacobus Basnage, cum Indicibus locupletissimis. Amstelædami, apud Rudolphum et Gerhardum Wetstenios, MDCCXXV. In folio.

Index sistens Auctores, Tractatus et Opuscula quæ unumquodque Volumen complectitur.

TOMUS I.

Tomi II. Parte II. continentur,

Tomi II. Parte III. continentur,

Index Opusculorum Tomi III. Parte I. contentorum.

Tomi III. Parte II. continentur,

Index Opusculorum Tomo IV. contentorum,

XV.

Interea BERNARDUS PEZ, cujus operæ Thesaurus Anecdotorum, de quo supra egimus (22–32), debetur, Collectionem quæ titulo *Bibliothecæ Asceticæ* gaudet, in lucem emittebat.

R. P. Bernardi Pezii Benedictini et Bibliothecarii Mellicensis Bibliotheca Ascetica Antiquo-nova, hoc est: Collectio Veterum quorundam et recentiorum Opusculorum Asceticorum, quæ hucusque in variis MSS. Codicibus et Bibliothecis delituerunt. Tomus I. cujus contenta Lectorem aversa

[c] Errat Fabricius, qui Indici credens Campiani epistolam apud editionem dicit (Bibl. Græc. tom. xiii. 778) hanc Basnagianam deesse.

pagina docebit. Cum Facultate Superiorum. Ratisbonæ, Sumptibus Joannis Conradi Peezii, Anno MDCCXXIII. in 8vo.

Contenta Primi Tomi.

Tomo Secundo continentur,

Tomus Tertius, qui anno MDCCXXIV. prodiit, continet,

Contenta Quarti Tomi.

Contenta Quinti Tomi.

Contenta Tomi Sexti.

Tomo Septimo, qui anno MDCCXXV. in lucem prodiit, continentur,

Contenta Octavi Tomi.

Contenta Tomi Noni, anno mdccxxvi. editi.

Tomus Decimus, anno mdccxxxiii. vulgatus, continet,

Pag.

PLACIDI Abbatis Augiæ Majoris Brigantinæ Ord. S. Bened. de Vita et Martyrio Beati Fidelis a Simaringa Ord. FF. Minor. Capucinorum Relationem historicam. 403

TOMUS UNDECIMUS Posthumus, a quodam Authoris defuncti amico, Bernardo Baillie, Abbate S. Jac. Ratisbonæ, anno MDCCXXXV. editus, exhibet,

Ven. NICOLAI DE ARGENTINA, Prioris Cartusiæ Gemnicensis, Expositionum Mysticarum in Cantica Canticorum Libros I. II. III. et IV. p. 1–462

TOMUS DUODECIMUS Posthumus et ultimus, Bibliothecæ Asceticæ Pezianæ, anno MDCCXXXX. in lucem emissus, continet,

Ven. NICOLAI DE ARGENTINA Expositionum Mysticarum in Cantica Canticorum Libros V. VI. VII. et VIII. p. 1–416

XVI.

Neque hic prætereunda existimo CAROLI LUDOVICI HUGONIS *Sacræ Antiquitatis Monumenta*, quæ eodem anno, quo Thesaurus Basnagianus, vulgata sunt; atque hunc titulum præ se ferunt [d]:

Sacræ Antiquitatis Monumenta Historica, Dogmatica, Diplomatica. Tomus I.

I. Continens GERVASII Abbatis Præmonstrati et Episcopi Sagiensis Epistolas.

II. Antiquitates Archiprioratus Hireevallensis.

III. Antiquitates Vallis-Galileæ, vulgo S. Deodati.

IV. Diarium et Medulla votorum Patrum Concilii Tridentini, Auctore N. PSALMÆO Abbate Sancti Pauli Ordinis Præmonstratensis et Episcopo Virdunensi.

V. Elucidationes nonnullorum locorum Sacri Concilii Tridentini a S. R. E. Cardinalibus dicti Concilii interpretentibus, collectore NIC. PSALMÆO.

[d] Quem hic exhibeo Hugonis Collectionis indicem, debeo benevolentiæ viri præclara in literis Ecclesiasticis eruditione, mihi amicissimi et conjunctissimi, Samuelis R. Maitland, Bibliothecæ Lambethanæ Custodis; qui libris suis benigne commodandis mihi hoc opus componenti haud parum auxilii præbuit.

VI. Chronica B. EMONIS et MENCONIS, Abbatum Werumensium, sive Floridi-Horti, Ordinis Præmonstratensis in Frisia.

Notis illustrata a R. P. ac Domino Carolo Ludovico Hugo, Abbate Stivagii, et Fontis Andreæ, Doctore Theologo, suæ Celsitudini Regiæ a consiliis et Historicis, Tractus Stivagiensis Prælato Ordinario, &c. Stivagii, Litteris Joannis Martini Keller, Typographi et Bibliopolæ. MDCCXXV. et veneunt Stivagii, apud Joannem Martinum Keller, Nanceii, apud Franciscum Midon Bibliopolam, in Oppido S. Deodati, apud Dominicum Bouchard Bibliopol.

Tomus II. continens,

I. Acta Beati Lucæ, Primi Abbatis Cupiaci, Ord. Præm.
II. Vitam Beati Ludovici Comitis Arnstenii, Abbatiæ Arnstenianæ fundatoris, et ibidem conversi, ab *auctore coævo*, cum variis ejusdem Abbatiæ Diplomatis.
III. Chronicon F. BALDUINI Diaconi et Canonici Ninoviensis Ord. Præm. ab Christo nato ad annum 1239.
IV. Chronicon Abbatiæ Viconiensis, Ord. Præm. Auctore NICOLAO DE MONTIGNY Viconiensi Canonico.
V. SIBRANDI LEONIS Canonici Præm. in Lidlum, et Pastoris in Menaldom Chronica Abbatum Horti B. Mariæ et Lidlumensium in Frisia.
VI. Parisiensis Abbatiæ in Alsatia Antiquitates.
VII. Alspachensis Monialium Abbatiæ in Alsatia Antiquitates.
VIII. HUGONIS METELLI Epistolas numero LV.
IX. Antiquas Constitutiones Cœnobii S. Petri-Montis Ordinis Canonicorum Reg. S. Augustini.
X. Statuta Collegialis Ecclesiæ S. Dionysii Leodiensis.
XI. Statuta Synodalia Virdunensis Diœceseos.
XII. Varia Diplomata,

Notis illustrata

In Oppido Sancti Deodati, Typis Josephi Chalot Typographi et Bibliopolæ. Anno MDCCXXXI.

XVII.

Nova Collectio a CHRIST. GODOFREDO HOFFMANNO edita, pauca inedita exhibet. Inscriptio talis est:

Nova Scriptorum ac Monumentorum partim rarissimorum partim ineditorum Collectio Opus ad illustrandum Hist. Civilem, Ecclesiasticam, Litterariam nec non Jurisprudentiam Publicam et Privatam cum maxime comparatum. Tomus I. Præter alia Sæculi XVI. monumenta *Sam. Guichenoni* Bibliothecam Sebusianam et *Paridis de Crassis* Diarium Cur. Rom. complexus. Recensuit Christ. Godofredus Hoffmannus, JCt. Reg. Bor. Maj. Consil. Intimus et Ordin. Juridici in Acad. Francof. Ordinarii. Lipsiæ, Sumptibus Hæred. Lanckisianorum. MDCCXXXI. In quarto.

In Tomo Primo continentur,

Bibliotheca Sebusiana, seu Variarum Chartarum, Diplomatum, Fundationum, Privilegiorum, Donationum et Immunitatum a Summis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, &c. concessarum Ecclesiis, Monasteriis et aliis locis et personis Miscellæ Centuriæ duæ: ex Archivis Regiis, Tabulariis et Codicibus Manuscriptis collectæ notisque illustratæ a Samuele Guichenon. Lugduni apud Barbier anno MDCLX. Editio nova cum Præfatione de vita ac scriptis Sam. Guichenonii, hujusque Collectionis Utilitate. Pag. 1

Excerpta ex PARIDIS DE GRASSIS, Episcopi Pisauriensis et Magistri Ceremoniarum sub Leone X. S. P. Diario Curiæ Romanæ, ab anno MDXVIII. usque ad MDXXII. quo se hoc munere abdicavit, Opus quod plerumque sub titulo Ceremonialis Romani citatur, nunc primum ex manuscripto editum. 395

Fasciculus Rerum Historiam ac Statum Curiæ Romanæ, qui inprimis Seculo XVI. fuit, illustrantium, continens,

I. LUCÆ HOLSTENII notas ad Pontificale Romanum. 509

TOMUS II.

Præter varia ad Cærimoniarum Disciplinam pertinentia, Librum Diurnum Romanorum Pontificum, et Augustini Patricii Picolominei, Episcopi Pientini, Librum Sacrarum Cæremoniarum, quibus Romani Pontifices uti consueverunt, exhibens, Lipsiæ anno MDCCXXXIII. lucem adspexit.

In Tomo Secundo imprimuntur,

XVIII.

Apud novam editionem Jacobi Gretseri Operum[e], quæ Ratisbonæ anno MDCCXXXIV. et annis sequentibus edita est, præter Homilias et Excerpta de Cruce Tomo II. comprehensa, (de quibus consulendus est Ittigius de Bibl. PP. p. 608–610.)

Tomo XIV. continentur,

e Jacobi Gretseri Societatis Jesu Theologi Opera Omnia antehac ab ipsomet Auctore accurate recognita, Opusculis multis, notis, et Paralipomenis pluribus, propriis locis in hac editione insertis aucta et illustrata nunc selecto ordine ad certos titulos revocata. Ratisbonæ, Anno MDCCXXXIV–XLI. In Tom. XVII.

12. Oratio in Ingressum Jejunii Quadragesimalis.
13. Oratio contra Fornicarios.
14. Lacunæ quædam in libris contra Eunomium ex Cod. Bavarico et Livinejano suppletæ.
15. Addenda Notis Frontonis Ducæi Soc. Jesu Theologi.

Ejusdem Oratio in Apostolorum Principes Petrum et Paulum.

S. ANASTASII SINAITÆ Ὁδηγὸς, seu Viæ Dux contra Acephalos et Severianos.

Ejusdem Quæstiones, et Responsiones CLIV. de variis argumentis, cum insigni auctuario.

Ejusdem S. ANASTASII SINAITÆ Oratio de sacra Synaxi, et de non judicando, seque oblivione injuriarum.

Index eorum quæ Tomo XV. continentur.

GEORGII CODINI Curopalatæ Liber de Officiis, et Officialibus Magnæ Ecclesiæ, et Aulæ Constantinopolitanæ ex Græco in Latinum translatus.

In librum Georgii Codini Curopalatæ de Officiis, et Officialibus, &c. Commentariorum libri tres.

Syntagma de Imaginibus manu non factis, deque aliis a S. Luca pictis.

Orationes IX. LEONIS Imperatoris. 1. In Sepulturam Christi. 2. In Resurrectionem Christi. 3. In Ascensionem Christi. 4. In Pentecosten. 5. In Festum Palmarum. 6. In Assumptionem B. Virginis. 7. In Annunciationem B. Virginis. 8. In Decollationem S. Joannis Baptistæ. 9. In omnes Sanctos.

THEODORI ABUCARÆ Episcopi Cariæ Opuscula XLII. contra varios Hæreticos.

HIPPOLYTI Thebani Chronicon, vel potius fragmentum Chronici cum notis.

Duodecim Anathematismi S. GREGORII THAUMATURGI cum explicatione.

Variorum Pontificum ad Petrum Cnapheum Eutychianum Epistolæ decem Græco-Latinæ.

GREGORII ACINDYNI Libri duo de Essentia, et Operatione Dei.

Animadversiones et Notationes in Historiæ Cantacuzenicæ a Jacobo Pontano S. J. Latine redditæ locos aliquot parum sanos.

Prolegomena et Notæ in Simeonis Junioris, Theologi, Orationes, sacras commentationes, &c.

Notæ in Dioptram Philippi Solitarii, aliosque Auctores adjunctos.

Quum *Scrinium Antiquarium* DANIELIS GERDES, cujus Indicem doctissimo amico, Jacobo H. Todd, Dubliniensi, debeo, ad historiam Ecclesiasticam recentiorem tantum respicit, nihil nisi titulum describam.

Scrinium Antiquarium sive Miscellanea Groningana Nova ad Historiam Reformationis Ecclesiasticam præcipue spectantia. Inseruntur Tractatus varii generis, Epistolæ, Orationes, Biographiæ, et sim. Sive nunquam antea editæ, sive ita factæ rariores ut pro ineditis haberi possint. Fascicul. XVI. Tom. VIII. complect. in 4to. an. MDCCXLIX.

XIX.

Priusquam a Germanis ad Italos transeo, de quibusdam Viri clarissimi JOANNIS ALBERTI FABRICII aliis Collectionibus supra (p. 35) a me omissis mentionem faciam. Titulus *Bibliothecæ Ecclesiasticæ* Fabricianæ nomina Operum eo contentorum oculis lectorum offert:

Bibliotheca Ecclesiastica, in qua continentur de Scriptoribus Ecclesiasticis S. HIERONYMUS cum veteri versione Græca quam vocant Sophronii, et nunc primum vulgatis Editoris notis, Hieronymum cum Eusebio accurate conferentibus: adjunctis præterea castigationibus Suffridi Petri et Jo. Marcianæi, nec non integris Erasmi, Mariani Victorii, Henr. Gravii, Aub. Miræi, Wilh. Ernesti Tentzelii et Ern. Salomonis Cypriani annotationibus. Appendix de Vitis Evangelistarum et Apostolorum, Græce et Latine. Appendix altera, quæ fertur jam sub titulo Hieronymi de duodecim Doctoribus, jam sub nomine Bedæ de Luminaribus Ecclesiæ. GENNADIUS MASSILIENSIS, annotatis Lectionibus codicis antiquiss. Corbejensis, et subjunctis variorum notis, Suffridi

Petri, Aub. Miræi, E. Sal. Cypriani. S. ISIDORUS HISPALENSIS. ILDEFONSUS TOLETANUS. HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. SIGEBERTUS GEMBLACENSIS, Appendices JULIANI ac FELICIS TOLETANI et tertia *Anonymi* ad Isidorum et Ildefonsum. HENRICUS GANDAVENSIS. *Anonymus Mellicensis* a R. P. Bernardo Pez nuper vulgatus. PETRUS CASINENSIS de Viris illustribus Monasterii Casinensis, cum Supplemento Placidi Romani et Jo. Baptistæ Mari annotationibus. Jo. TRITHEMII Abbatis Spanhemensis Liber de S. E. cum notis Editoris. AUB. MIRÆI Auctarium de S. E. et a tempore, quo desinit Trithemius, de Scriptoribus Sæculi XVI. et XVII. Libri duo. Curante Jo. Alberto Fabricio, SS. Theol. D. et Professore in Gymnasio Hamburgensi. Hamburgi apud Christian. Liebezeit et Theodor. Christoph. Felginer. A. C. MDCCXIIX. In fol.

In Volumine Secundo editionis *S. Hippolyti Operum*, quam idem Vir doctissimus curavit, (Hamburgi, 1716–18, in fol.) *Spicilegium Patrum* Tertii Sæculi continetur. Hujus indicem describam:

XX.

Paucis annis interjectis, Joannes Lamius, vir nemini ex Italis sui temporis secundus, opus similis materiæ in lucem edidit. Istius collectionis primus tomus Florentiæ anno Christi MDCCXXXVI. *in octavo* prodiit, atque hac inscriptione gaudet:

Deliciæ Eruditorum seu Veterum ΑΝΕΚΔΟΤΩΝ Opusculorum Collectanea. Jo. Lamius collegit, illustravit, edidit. Florentiæ, MDCCXXXVI. Ex Typographio Petr. Caiet. Viviani ad insigne D. Thomæ Aquinatis. Cum approbatione.

Singulis horum Doctissimi Lamii Anecdotorum voluminibus continentur,

Tomo I. (qui anno 1736, vulgatus est,) Michaelis Glycæ Epistolarum pars prima.

Tomo II. Historiæ Pontificiæ et Augustæ pars prima, Chronicon Imperatorum Leonis Urbetani complectens, anno 1737.

Tomo III. Historiæ Pontificiæ et Augustæ pars secunda, Chronicon Imperatorum Leonis Urbetani complectens, anno 1737.

Tomo IV. Nicetæ Heracleensis in Epistolam I. ad Corinthios Enarrationum pars I, anno 1738.

Tomo V. Historiæ Siculæ Laur. Bonincontrii pars prima, anno 1739.

Tomo VI. Historiæ Siculæ Laur. Bonincontrii pars secunda, anno 1739.

Tomo VII. Michaelis Glycæ Epistolarum pars secunda, anno 1739.

Tomo VIII. Historiæ Siculæ Laur. Bonincontrii pars tertia, anno 1740.

Tomo IX. Maximi Margunii, Dionysii Cateliani, Antonii Eparchi, Arsenii Monembasiensis Epistolæ, anno 1740.

Tomo X. Charitonis et Hippophili Hodoeporici pars prima, anno 1741.

Tomo XI. Charitonis et Hippophili Hodoeporici pars secunda, anno 1741.

Tomo XII. F. Pauli Florentini Dialogus de Origine Ordinis Servorum ad Petrum Cosmæ, anno 1742.

F. Dominici Joannis Theologi Florentini, Ordinis Prædicatorum, Operis, quod Theotocon, seu de vita et obitu B. Mariæ Virginis inscribitur, libri duo posteriores.

Alberti Advogadrii Vercellensis de Religione, et Magnificentia illustris Cosmi Medices Florentini duo libri.

Timothei Maffei Veronensis Dialogus in magnificentiæ Cosmi Medicei Florentini Detractatores.

Quædam a Cosmo Medice de se (Italice) scripta.

Philippi Redditi Exhortatio ad Petrum Medicem in magnanimi sui Parentis imitationem.

Acta Apocrypha S. Romuli.

Tomo XIII. Catalogus Græcus Codicum Mss. Zenonis Pistoriensis, anno 1743.

Pietosa Fonte, poema di Zenone da Pistoia in morte di Messer Francesco Petrarca composto nel MCCCLXXIV. anno 1743.

Tomo XIV. Gabrielis Severi et aliorum Græcorum recentiorum Epistolæ, anno 1744.

Tomo XV. Charitonis et Hippophili Hodoeporici pars tertia, anno 1743.

Tomo XVI. Hodoeporici CHARITONIS et HIPPOPHILI pars IV., anno 1754.
FRANCISCI CARRARIENSIS Poemation (Italice scriptum).
Instrumenta antiqua et *Epistolæ*.
Acta S. Genesii Mimi Martyris Italice versa et illustrata.

Tomo XVII. Della Famiglia, della Persona, degl' Impieghi, e delle Opere di Messer Bosone da Gubbio. Trattato di *Francesco Maria Raffaelli*, Patrizio di Gubbio, e di Cingoli, e Accademico Apatisto, anno 1755.

Doctissimus Franciscus Fontani in suo libro de Lamii Vita (Elogio del Dr. Giovanni Lami recitato nella Reale Academia Fiorentina nell' adunanza del di 27 di Settembre 1787. Dall' Abate Francesco Fontani Bibliotecario della Riccardiana. Firenze MDCCLXXXIX.) p. 244, tomorum XVIII. Lamianorum Anecdotorum mentionem facit. Ego autem tomum decimum octavum non vidi.

XXI.

Nec mihi tacenda PAULI GALEARDI Collectio Patrum Brixianorum[f] Operum; cujus titulus est,

Veterum Brixiæ Episcoporum S. Philastrii et S. Gaudentii Opera, nec non B. Ramperti et Ven. Adelmanni Opuscula nunc primum in unum collecta, ad veteres MSS. Codices collata, notis, aliisque additionibus illustrata et aucta prodeunt jussu Eminentissimi ac Reverendissimi D. D. Angeli Mariæ Tituli S. Marci Cardinalis Quirini Brixiæ Episcopi et Apostolicæ Sedis Bibliothecarii,

[f] Monendus est lector eundem editorem anno MDCCXX. minorem Collectionem Patrum Brixianorum in lucem emisisse, cui hunc præfixit titulum: SANCTI GAUDENTII Brixiæ Episcopi Sermones qui exstant. Nunc primum ad fidem MSS. Codd. recogniti et emendati. Accedunt RAMPERTI et ADELMANNI Venerabilium Brixiæ Episcoporum Opuscula. Recensuit, ac Notis illustravit Paulus Galeardus, Canonicus Brixianus. Patavii. CIƆIƆCCXX. Excudebat Josephus Cominus. Superiorum Permissu. In 4to.

Brixiæ ex Typographia Joannis Mariæ Rizzardi MDCCXXXVIII. Superiorum facultate. In folio.

Editor hujus Collectionis Veterum Episcoporum Brixianæ ecclesiæ erat Paulus Galeardus, Canonicus Brixianus. S. PHILASTRII Liber de Hæresibus, S. GAUDENTII Sermones, RAMPERTI Sermo de Translatione beati Philastrii, atque ADELMANNI Epistola ad Berengarium et Rhythmi Alphabetici de Viris illustribus sui temporis, speciosissimis typis impressi, editoris et variorum notis prolegomenisque illustrantur.

XXII.

Duæ Collectiones, quæ Opuscula quorundam Veterum Patrum Latinorum exhibent, a Canonicis quibusdam Regularibus (Joanne Chrysostomo Trombelli scilicet, et Joanne Aloysio Mingarelli,) in lucem editæ, hic locum sibi vindicant. Prior hoc titulo inscribitur:

Cypriani, Hilarii, aliorumque Veterum Patrum Latinorum Opuscula a Canonicis Regularibus S. Salvatoris nunc primum Edita. Bononiæ, MDCCLI. Apud Hieronymum Corciolani, et H. H. Colli ex Typographia S. Thomæ Aquinatis. Superiorum permissu. In 4to.

Index Opusculorum[g] quæ in hoc volumine evulgantur.

g Paulini libellus de benedictionibus Patriarcharum (ut Editores dicunt,) a Jo. Aloysio Mingarellio, cetera vero opuscula a Jo. Chrysostomo Trombellio illustrata sunt.

De quatuor apud hanc Collectionem opusculis S. Hieronymo tributis cl. Trombelli hæc dicit: "Opuscula, quæ subjicimus, tametsi in codicibus, ex quibus ea desumpta sunt, Hieronymum in fronte præferant, Hieronymo tamen *Doctori maximo* adscribere minime audemus: sed vel alteri Hieronymo, qui longe a Stridoniensis excellentia, atque auctoritate absit, vel anonymo prorsus ignoto tribuenda, putamus." (p. 186.) Nec fragmentum quod S. Augustini nomen præ se fert, genuinum Episcopi Hipponensis fœtum esse credit. "Novimus quidem" (ejusdem verba describo) "librum eum, qui *Augustini Soliloquia* inscribitur, ab Augustino Hipponensi Episcopo, ac præclarissimo Ecclesiæ Doctore non esse compositum: at novimus etiam, a laudabili Scriptore eum prodiisse." (197.) Sermonem de Quadragesima "nil vetat, quominus Leoni Magno tribuamus." Sermonem autem de Resurrectione Domini alterum, ac tertium de Festivitate S. Pauli, Leoni M. abjudicat: hunc enim Scriptori qui VII. aut VIII. aut etiam IX. sæculo floruit, illum Patri alicui minime contemnendo, qui sæculo IV. aut V. vixerit, tribuendum esse conjicit. Sermo de Abrahæ filio incerti est, sed bonæ notæ auctoris. "Tres porro comperisse mihi (Trombelli dicit,) visus sum, quorum alicui tribui is possit; Leonem nempe Magnum, Maximum Taurinensem, et Petrum Chrysologum." (p. 252.)

XXIII.

Istam Collectionem non ita multo post alia ab iisdem Canonicis Regularibus edita, atque in eadem forma, nempe *in quarto*, excusa, excepit. Titulus ita se habet:

Bedæ et Claudii Taurinensis itemque aliorum Veterum

Patrum Opuscula a Canonicis Regularibus Sancti Salvatoris Bononiæ Majori ex parte nunc primum edita. Bononiæ, MDCCLV. Superiorum permissu.

Quæ hoc in libro edimus, (Editores dicunt,) hæc sunt.

I. BEDÆ præfatio in Epistolas Canonicas.
II. CLAUDII TAURINENSIS priora in Libros Regum commentaria, multis in locis emendata, et collata cum iis Veterum locis, quas ipse exscripsit.
III. CLAUDII TAURINENSIS posteriora in Libros Regum commentaria.
IV. PRUDENTII Tricassini Episcopi Florilegium ex Sacra Scriptura.
V. GOFFRIDI VINDOCINENSIS Epistolæ duæ.
VI. *G.* Mediolanensis Archiepiscopi Epistola.
VII. HUGUCCIONIS Ferrariensis Episcopi de Symbolo (seu in Symbolum) Apostolorum.
VIII. *Vetusti Canonici Regularis* Honorii Augustodunensis (si vis,) opusculum, de cognitione veræ vitæ, de Deo, et vita æterna.
IX. INNOCENTII III. de Quadripartita specie nuptiarum[h].
X. Antiquus Episcoporum Ecclesiæ Bononiensis Catalogus.

XXIV.

Interea vir doctissimus, FRANCISCUS ANTONIUS ZACHARIAS, duas Anecdotorum Collectiones[i] in lucem edebat. Prioris, qui anno MDCCLII. lucem adspexit, titulus hic est:

Bibliotheca Pistoriensis a Francisco Antonio Zacharia

[h] De ista quadripartita specie Nuptiarum Innocentius ipse sic dicit: "Sacra docente Scriptura, didicimus quatuor esse species Nuptiarum juxta quatuor theologicos intellectus: Historicum, Allegoricum, Tropologicum, et Anagogicum. Primum inter virum, et legitimam fœminam. Secundum inter Christum, et sanctam Ecclesiam. Tertium inter Deum, et justam animam. Quartum inter Verbum, et humanam naturam." p. 245.

[i] Præter Monumenta in his Voluminibus contenta idem F. A. Zacharias alia pauca tum Sacra tum profana edidit apud librum, (quem possideo,) hoc titulo inscriptum:

Francisci Antonii Zachariæ Societatis Jesu Excursus Litterarii per Italiam ab anno MDCCXLII. ad annum MDCCLII. Volumen I. Josepho Mariæ Saporito Illustrissimo ac Reverendiss. Genuensium Archiepiscopo inscriptum. Venetiis, MDCCLIV. Ex Remondiniano Typographio. Superiorum permissu, ac Privilegiis. *In quarto.*

Societatis Jesu Presbytero descripta, inque duos libros distributa, Quorum prior Manuscriptos trium, præcipuarumque Pistoriensium Bibliothecarum Codices, posterior Pistorienses Scriptores complectitur, cum duplici appendice, una veterum, altera recentium, utraque ineditorum hactenus, præstantiumque monumentorum. Augustæ Taurinorum, MDCCLII. Ex Typographia Regia. In 4to.

Index Primæ Partis.

Secunda Pars continet

Sed cum ista Monumenta omnia ad historiam, ut aiunt, Literariam spectant, indicem omitto.

XXV.

Anno MDCCLV. altera Collectio ab eodem FRANCISCO ANTONIO ZACHARIA edita in lucem prodiit. Inscriptio talis est:

Anecdotorum Medii Ævi maximam partem ex Archivis Pistoriensibus Collectio a Francisco Antonio Zacharia Societatis Jesu, nunc Estensi Bibliothecæ Præfecto, adornata. Adcedunt I. Breve Chronicon rerum ad Historiam Sacram, profanamque spectantium, quæ in Anecdotis continentur. II. Series Episcoporum Pistoriensium a Ferdinando Ughellio primum contexta, a Nicolao Coletio deinde aliquantulum aucta, nunc ab eodem horum Anecdotorum editore ex his ipsis monumentis restituta. Augustæ Taurinorum MDCCLV. Ex Typographia Regia. Superiorum permissu. In 4to.

Index Classium in quas Anecdota tributa sunt.

Pars Prima. Politica Monumenta.

Monumentorum in hac Collectione editorum Conspectus Chronologicus.

Kalendarium *Mantuanum.*

Kalendarium *Brixianum.*

Kalendarium *Vallumbrosanum.*

Alterius vetustioris *Vallumbrosani* Kalendarii semestre secundum.

Fragmentum Kalendarii, ut videtur, *Lucensis.*

Martyrologium BEDÆ, ex Bibliotheca Laurentiano-Medicea.

JOHANNIS Pistoriensis Episcopi repromissio Balsari Lucensi Episcopo, anno 700.

Judicatum inter Talipperianum Lucensem, et Johannem Pistoriensem Episcopos, anno 716.

Donatio facta Monasterio S. Bartholomæi, anno 748.
Donatio alia eidem Monasterio, anno 764.
Donatio eidem Monasterio, anno 767.
Donatio eidem Monasterio, eodem anno.
Donatio eidem Monasterio, anno 775.
Charta libelli inter Præpositum Monasterii S. Bartholomæi, et Petrum presbyterum, anno 776.
Donatio eidem Monasterio, anno 779.
Alia eidem Monasterio donatio, anno 782.
Donatio eidem Monasterio S. Bartholomæi, anno 784.
Charta livelli inter Dardanum, et Martinum, anno 804.
Judicatum, anno 806.
Venditio a GUILLERADO Episcopo Pistoriensi facta Abbati S. Bartholomæi, anno 812.
Judicatum Adalardi, eodem anno.
Donatio eidem Monasterio, anno 828.
Traditio quorumdam bonorum ad usumfructum, anno 831.
Charta livelli, anno 893.
Donatio Pistoriensi Canonicæ, anno 940.
Charta TEUDICI Comitis de Vico Sciorum, anno 944.
Charta KADULI Comitis, anno 952.
Charta LEOPRANDI Presbyteri, et Præpositi, et TEOPERGÆ de Terris, et casis in Pistorio, anno 953.
Charta livellia, anno 957.
Fragmentum livelli, eodem anno.
Charta commutationis bonorum, anno 978.
Charta livelli, anno 985.
Charta ANSELMI filii Eriberti de Caprognano, anno 994.
OTTONIS III. Imperatoris donatio Episcopo Pistoriensi, anno 997.
Charta livelli, anno 1003.
BONIFACII Marchionis donatio Monasterio S. Salvatoris, anno 1004.
HENRICI II. Imperatoris diploma pro Monasterio S. Salvatoris Fontanæ Taonis, anno 1014.
Charta ILDEBRANDI, et ERMINGARDE, anno 1022.
Charta livelli, anno 1024.
CONRADI Regis diploma pro Monasterio Fontanæ Taonis, anno 1026.
Charta BULGARI Comitis de Fisciano, anno 1034.
CONRADI II. Imperatoris diploma pro Canonicis Pistoriensibus, anno 1038.

Bonifacii Ducis et Marchionis diploma pro Monasterio S. Bar-Bartholomæi Pistoriensis, anno 1039.

Charta Johannis Clerici, anno 1044.

Charta offertionis Monasterio S. Bartholomæi a Birundo, eodem anno.

Donatio Martini Episcopi Pistoriensis Monasterio Fontanæ Taonis, eodem anno.

Sententia Martini Pistoriensis Episcopi, eodem anno.

Judicatum Wiberti Comitis, anno 1046.

Locatio, anno 1048.

Reinvestio terræ, et vineæ, anno 1050.

Charta permutationis de terra de Sesso, anno 1053.

Conventio de ædificatione cujusdam Ecclesiæ, anno 1057.

Martini Pistoriensis Episcopi donatio, eodem anno.

Donatio facta Canonice Auximati, anno 1061.

Charta livelli, anno 1067.

Charta donationis Monasterio S. Victoris, anno 1068.

Pœnitentiæ canonicæ commutatio, anno 1080.

Monasterii S. Michaelis Vallumbrosani erectio, anno 1084.

Confirmatio constitutionum capitularium facta a Leone Pistoriensi Episcopo, anno 1085.

Statutum Petri Pistoriensis Episcopi de servandis in electione Abbatis S. Michaelis, anno 1086.

Charta Petri Pistoriensis Episcopi de casa in civitate Pistoriensi, eodem anno.

Charta Sifridi, eodem anno.

Urbani II. Bulla pro Canonicis Pistoriensibus, anno 1089.

Urbani II. Privilegium pro Monachis Vallumbrosanis, anno 1090.

Petri Pistoriensis Episcopi de Monasterii Monialium S. Petri Majoris regimine, et juribus, constitutio, anno 1091.

Urbani II. privilegium pro Canonicis Pistoriensibus, anno 1094.

Donatio Monasterii S. Victoris, anno 1095.

Donatio Comitissæ Mathildis Hospitali B. Michaelis Archangeli, anno 1098.

Donatio Monasterio S. Victoris, eodem anno.

Donatio Comitissæ Mathildis Monasterio Fontanæ Taonis, anno 1099.

Donatio Comitissæ Mathildis Monasterio S. Salvatoris, anno 1104.

Paschalis II. privilegium pro Episcopatu Pistoriensi, anno 1105.

Donatio Monasterio S. Bartholomæi, anno 1108.

Donatio Monasterio S. Victoris, anno 1172.
Donatio JORDANI Humanatis Episcopi Monachis Sanctæ Crucis Fontis Avellanæ, eodem anno.
ALEXANDRI III. privilegium pro Canonicis Pistoriensibus, anno 1174.
Sententia in caussa Monacorum S. Bartholomæi, anno 1177.
Alia Statuta Pistoriensium, anno 1179.
Pax inter Montecatinenses et Consules Pistorienses, eodem anno.
Sententia in caussa Monachorum S. Bartholomæi, anno 1181 et 1186.
LUCII III. privilegium pro Capitulo Pistoriensi, anno 1185.
CLEMENTIS III. privilegium pro Monasterio S. Angeli, anno 1187.
Diploma HENRICI VI. Romanorum Regis pro Ecclesia Ticinensi S. Martini, eodem anno.
URBANI III. privilegium pro Episcopatu Pistoriensi, eodem anno.
Sententia in caussa Abbatis S. Salvatoris de Alpe, anno 1190.
CŒLESTINI III. P. M. confirmatio Sententiæ latæ anno MCXCII. in caussa Monachorum S. Salvatoris, anno 1195.
HENRICI VI. Imperatoris diploma pro Episcopatu Pistoriensi, anno 1196.
FRIDERICI II. Imperatoris privilegium pro Episcopatu Pistoriensi, eodem anno.
Charta qua Attonus de Macerata Civitate Auximana donatur, anno 1198.
Capitulum societatis inter Auximanos, et Anconitanos, eodem anno.
Charta commutationis, anno 1200.
Charta GOTTEBALDI Comitis Senogalliæ, eodem anno.
RAINALDINÆ donatio Monasterio Fontanæ Taonis, anno 1201.
Treugua inter Consules Florentinos, et Pistorienses, Caprolenses, Guidonemque Burgundionem, anno 1204.
Instrumentum pacis Pistorienses inter, et Comitem Guidonem Burgundionem, eodem anno.
Juramentum fidelitatis Episcopo Pistoriensi, eodem anno.
Privilegium Innocentii III. pro Episcopo Pistoriensi, anno 1209.
OTTONIS IV. Imperatoris diploma pro Episcopatu Pistoriensi, eodem anno.
Ejusdem diploma pro Pistoriensibus, eodem anno.
Ejusdem diploma pro Episcopio Pistoriensi, eodem anno.
LOTTARII Pisani Archiepiscopi præceptum Pistoriensibus, et Bononiensibus, ut pacem inter se ineant, anno 1212.
INNOCENTII III. privilegium pro Monasterio S. Angeli, eodem anno.
Inventio Reliquiarum Mariæ Matris filiorum Zebedei, eodem anno.

Charta refutati et transactionis irrevocabilis, anno 1213.

Soffredi Pistoriensis Episcopi abdicatio ultronea suarum omnium rationum in controversia cum Consulibus Pistoriensibus, an. 1214.

Innocentii III. literæ in caussa, quæ Soffredum inter Pistoriensem Episcopum vertebatur, et Commune Pistorii, eodem anno.

Lottarii Pisani Archiepiscopi sententia in caussa Monacorum S. Michaelis de Furculis, anno 1215.

Pax inter Pistorienses et Bononienses, eodem anno.

Honorii III. literæ in caussa Monachorum S. Salvatoris, anno 1216.

Ejusdem privilegium pro Episcopatu Pistoriensi, anno 1218.

Hugonis Ostiensis et Velletrensis Episcopi præceptum Bononiensibus, et Pistoriensibus de pace inter se firmanda, anno 1219.

Honorii III. literæ in caussa appellationis ad Sanctam Sedem, anno 1220.

Conradi Imperialis Aulæ Cancellarii literæ, quibus Everardum de Lutra Nuncium suum in Etruria constituit, eodem anno.

Friderici II. Romanorum Regis literæ, quibus Everardum de Lutra Nuncium suum in Etruria constituit, eodem anno.

Friderici II. Imperatoris diploma pro Urbe Pistoriensi, eodem anno.

Honorii III. præceptum Pistoriensibus ut reddant Romanæ Ecclesiæ castra quædam, anno 1221.

Everardi de Lutra sententia in caussa Soffredi Pistoriensis Episcopi cum Communi Pistorii, eodem anno.

Honorii III. literæ Pisano Archiepiscopo, et Florentino Episcopo in caussa castrorum quorumdam, quæ Pistorienses detinebant, anno 1222.

Juramentum fidelitatis præstitum M. Gratiadei electo Pistoriensi a Comite de Parcico, anno 1223.

Juramentum fidelitatis, eodem anno.

Protestatio Castaldi civitatis Pistorii, contra Episcopum Pistoriensem recipientem fidelitates, et comandamenta ab hominibus de Lamporecchio et Orbignano, anno 1224.

Friderici II. Diploma pro Episcopio Pistoriensi, anno 1226.

Gregorii IX. literæ Pistoriensibus datæ, ut si opus fuerit, homines de Carfagnana defendant, anno 1227.

Gratiadei Episcopi Pistoriensis constitutio pro disciplina Hospitalis Prati Episcopi, eodem anno.

Gregorii IX. literæ delegatoriæ arbitrorum in caussa Communis Pistorii cum Canonico Pratensi, eodem anno.

Andreæ Jacobi Florent. Potestatis arbitrium Lucenses inter et Pistorienses, anno 1228.

FRIDERICI II. Imperatoris ad Pistorienses literæ, ut damna ab ipsis inlata Valli Arni reparent, anno 1228.

Sententia Aegidii Cardinalis a GREGORIO IX. confirmata, an. 1229.

RAINALDI Ducis Spoleti diploma pro Auximatibus, et Recinetensibus, eodem anno.

Juramentum fidelitatis a Saturnanensibus præstitum Episcopo Pistoriensi, anno 1230.

Juramentum fidelitatis, eodem anno.

Receptio cujusdam conversi in Monasterio S. Michaelis, anno 1231.

GREGORII IX. literæ ad Pistorienses, eodem anno.

Ejusdem Epistola pro Pisanis contra Florentinos, Pistorienses, aliosque, eodem anno.

Inventarium Ecclesiæ Pistoriensis S. Marci, anno 1235.

Vicariorum institutio in Monte Castilione, anno 1240.

Instrumentum de jactis Fundamentis Castri Montis Castilionis, anno 1248.

INNOCENTII IV. literæ ad Pistorienses hortatoriæ ad pacem, anno 1253.

Juramentum fidelitatis, anno 1256.

ALEXANDRI IV. literæ, quibus constituit Plebanum Plebis S. Mariæ in Campo Lucanæ Diœcesis arbitrum controversiæ inter Episcopum Pistoriensem, et Plebanum Ecclesiæ S. Quiriaci, aliosque, anno 1257.

Abdicatio Officii Sindici, anno 1261.

Juramentum fidelitatis, anno 1267.

CAROLI Siciliæ Regis literæ ad Pistorienses, anno 1268.

Ejusdem privilegium Civitati Pistorii concessum, anno 1270.

Statutum *Florentinorum* de emptionibus, et acquisitionibus in agro Pistor, eodem anno.

Vicarii institutio in Etruria, anno 1275.

Inventarium Ecclesiæ Pistor. S. Marci, eodem anno.

ALEXANDRI IV. confirmatio Indulgentiarum PP. Ordinis Eremitarum S. Augustini, anno 1276.

Literæ *Florentinorum* Pistoriensibus, anno 1277.

Charta investionis, anno 1280.

RUDOLPHI Romanorum Regis literæ, quibus Vicarios Imperii Generales in Etruria constituit, anno 1281.

Constitutiones quædam editæ a BARTHOLOMÆO Abbate Monasterii S. Salvatoris Fontanæ Taonis, eodem anno.

Cassatio monitionum contra Civitatem Pistorii, anno 1282.

Petitio hominum de Artimino Consilio Pistoriensi exhibita, anno 1284.

Electio Sindici Communis de Sancto Romano, anno 1288.

NICOLAI IV. Bulla pro Recinetensibus, anno 1289.

Ejusdem præceptum adversus Recinetenses, anno 1290.

Locatio, anno 1294.

Vicarii Generalis Episcopi Bononiensis licentia concessa Monialibus Fontanæ Taonis revertendi in possessionem Hospitalis cujusdam, anno 1296.

THOMÆ Pistoriensis Episcopi indulgentia illis, qui Ecclesiæ B. Marci Pistorii benefecerint, anno 1298.

Instrumentum confessionis adceptæ pecuniæ, eodem anno.

Electio Rectoris hospitalis Pontis S. Petri juxta umbram, an. 1306.

Synodus habita ab Hermanno Pistoriensi Episcopo, anno 1308.

Electio custodum Castri Sambucæ, anno 1310.

Synodus habita ab Hermanno Episcopo Pistoriensi, anno 1313.

Charta apprehensæ corporalis possessionis Castri Carmignani, et Communis Castellinæ Vallisarni, nomine Civitatis Pistorii, anno 1314.

Charta adprehensæ possessionis Communis Artimini nomine Pistoriensium, eodem anno.

Propositiones pacis a Florentinis exhibitæ Pistoriensibus, an. 1315.

Literæ *Florentinorum* pro restitutione Comitatus Pistorii, eodem anno.

Literæ ROBERTI Regis super observatione statutorum antiquorum Pistoriensium a Vicariis ejus Urbis habenda, eodem anno.

ROBERTI Siciliæ Regis epistola ad Pistorienses, anno 1317.

Lucensium literæ ad Pistorienses super controversia quædam, eodem anno.

Literæ Capitanei Lucanæ Civitatis ad Commune Pistorii, eodem anno.

ROBERTI Siciliæ Regis literæ ad Pistorienses, ut pro Genuatibus aciem instruant, anno 1318.

ROBERTI Siciliæ Regis epistola, qua Vicarii sui in Pistoriensi Civitate auctoritas certis finibus concluditur, anno 1320.

Epistola *Pistoriensium* ad Robertum Siciliæ Regem, anno 1321.

Vicarii in Civitate Pistoriensi institutio a Roberto Siciliæ Rege facta, eodem anno.

Vicarii institutio a Roberto &c. eodem anno.

Abdicatio Vicariatus Pistoriensis, eodem anno.

JOHANNIS XXII. literæ ad Pistorienses, anno 1322.

Novi Vicarii ad Urbem Pistoriensem missio a Roberto Siciliæ Rege facta, eodem anno.

Remotio Vicarii Pistoriensis a Roberto, eodem anno.

Confirmatio Synodorum, quas Thomas et Hermannus Episcopi Pistorienses habuerunt, anno 1322.

JOHANNIS XXII. literæ ad Pistorienses, anno 1323.

Ejusdem literæ ad Pistorienses, eodem anno.

ROBERTI Siciliæ Regis privilegium pro quibusdam civibus Pistoriensibus, eodem anno.

Constitutiones ad Cleri disciplinam reformandam editæ ab JOHANNE .S. Theodori Diacono Cardinale Apostolicæ Sedis Legato, anno 1327.

Consiliariorum, penes quos sit regimen Civitatis Pistoriensis, institutio a Philippo de Sangeneto milite facta, anno 1328.

Sindici, cujus esset agere de pace cum Pistoriensibus ineunda, institutio a Florentinis facta, anno 1329.

Pax universalis inter Florentinos, Pratenses, et Pistorienses, eodem anno.

Sacramentum Pistoriensium quo obedientiam, et submissionem promittunt Johanni XXII. Pont. et rebellionem contra Ludovicum olim Bavariæ Ducem, eodem anno.

Confessio adceptæ pecuniæ, anno 1335.

Absolutio a sententia suspensionis, quam Fr. Guillelmus de Perusio Domini Papæ Pœnitentiarius impertitus est F. Simoni Abbati S. Bartholomæi, anno 1338.

Florentinorum literæ ad Pistorienses, anno 1341.

Pax inter Commune Lucensium, Pistoriensium, et Pisanorum, anno 1342.

Literæ *Pisanorum* de acceptatione ratificationis Pacis factæ per Commune Pistorii ipsi Communi Pisarum, anno 1344.

CAROLI IV. Imperatoris literæ ad Pistorienses, anno 1346.

CLEMENTIS VI. privilegium quo Pistoriensi Civitati jus cudendæ monetæ impertitur, eodem anno.

Reformatio XL. Barbutarum, anno 1348.

Commissio XL. Barbutarum, eodem anno.

Reformatio montaneæ superioris pro castris rehabendis, eodem anno.

CAROLI IV. Imperatoris diploma pro Pistoriensi Civitate, an. 1355.

Literæ testimoniales sacræ ordinationis, anno 1361.

Sententia Vicarii generalis Episcopi Pistoriensis pro Monasterio S. Michaelis de Furculis, anno 1367.

Specimen Statutorum Civitatis Auximatis editorum, anno 1371.

URBANI IV. literæ ad Auximates, anno 1381.

BONIFACII IX. literæ ad Auximates, anno 1390.

Florentinorum literæ ad Pistorienses, eodem anno.

Florentinorum literæ ad Pistorienses, anno 1391.

Juramentum præstandum ab Abbate S. Bartholomæi Pistoriensi O. S. B. anno 13 . .

Fragmentum Synodalium Constitutionum, anno 1406.

Breve ALEXANDRI V. in quo indulgentiam impertitur Pontifex vespere Sabbati Sancti Missam audientibus Pistorii in Ecclesia S. Michaelis, anno 1409.

Corporis S. Felicis Pistoriensis inventio, anno 1414.

LUDOVICI Megalonensis Episcopi literæ ad Pistorienses, anno 1420.

MATTHÆI Pistoriensis Episcopi sententia, eodem anno.

MARTINI V. literæ ad Episcopum Pistoriensem cui cognitionem cujusdam caussæ delegat, anno 1429.

Exemptio ab impositis Decimis, eodem anno.

Sententia *Abbatis* S. Bartholomæi contra Presbyterum Cyprianum, anno 1435.

Constitutiones a THOMA Recanatensi et Maceratensi Episcopo editæ ad reformandam Capituli Pistoriensis disciplinam, anno 1436.

Bulla EUGENII IV. qua Monasterium Pistoriense S. Bartholomæi a Benedictinis transfert ad Canonicos Regulares S. Augustini, anno 1443.

Commutatio votorum ab EUGENIO IV. facta in favorem Canonicæ S. Bartholomæi, anno 1446.

Juramentum præstandum per Officiales Cleri Pistoriensis, ante ipsorum introitum, anno 14 . .

Catalogus Abbatum Ordinis Vallis Umbrosæ, anno 1504.

LEONIS X. literæ ad Episcopum Pistoriensem, in quibus de sua ad Pontificatum adsumptione ipsum certiorem facit, anno 1513.

PETRI Cardinalis Tituli S. Eusebii ad Thaddeum Simonis Antelle de Florentia Monachum S. Salvii epistola, eodem anno.

XXVI.

Anno insequenti vir doctissimus JOANNES ALOYSIUS MINGARELLI, quædam Opuscula Sacri argumenti hactenus inedita, sub nomine *Anecdotorum Fasciculi*, juris publici fecit. Ejus Collectionis titulus talis est:

ANECDOTORUM Fasciculus, sive S. Paulini Nolani, Anonymi Scriptoris, Alani Magni, ac Theophylacti Opuscula aliquot. D. Johannes Aloysius Minga-

rellius Canonicus Regularis Ord. S. Augustini Congregationis Rhenanæ S. Salvatoris nunc primum edidit, præfationes ac Scholia addidit, Græca Latine reddidit. Romæ, MDCCLVI. Superiorum permissu. In 4to.

Index Opusculorum.

Anonymi Glossas in Exodum nono seculo esse scriptas doctissimus Editor existimat. Nonnulla ex Rabano, ut videtur, deprompta opus ante seculum istud confectum existimare vetant. " Cur autem," dicit Mingarellius, " nono ipso seculo, aut ad summum decimi initio floruisse existimem, in causa est quum auctoris stylus, tum codicis, quem dixi, antiquitas, tum locus [k] quidam, de quo sermonem habebo paulo post, in quo nonnulla de Eucharistia scribit Glossarum istarum auctor, quæ ante Berengarii ætatem scripta esse dubitandum non est."

XXVII.

His libris adjungamus Collectionem a CHRISTIANO GUILIELMO FRANCISCO WALCHIO *in octavo* editam, et in sex fasciculos distributam, quæ hac inscriptione gaudet;

[k] Locus ad quem Mingarellii verba spectant, hic est. " Quæ vero in ipsa historia flagitia quædam, et res indecentes ostendunt, ad spiritalia transferantur. Dominus enim dicit: *Nisi manducaveritis carmen filii hominis;* et reliqua: non carnem, quam de Maria susceperat, sed mysteria corporis et sanguinis Christi: flagitium enim fuisset se ipsum occidere, et carnem, vel sanguinem manducantibus dare." Anonymi Gloss. in Exod. Cap. XXII. ver. 2. pag. 120.

Monimenta Medii ævi ex bibliotheca regia Hanoverana produxit et præfatus est Christian. Guil. Francisc. Walchius S. Theol. D. et P. P. Gottingæ Symtibus Bossigelianis. CIƆIƆCCLVII.

Index Monimentorum, quæ hoc fasciculo continentur.

Hactenus Fasciculus Primus; Secundus eodem anno in lucem prodiit.

Index Monimentorum, quæ secundo hoc fasciculo continentur.

Anno 1759 subsecutus est Fasciculus Tertius, qui alia ejusdem generis monimenta exhibet.

Index monimentorum, quæ tertio hoc Fasciculo continentur.

Anno 1760 Quartus Fasciculus ejusdem Tomi publice comparuit.

Index monimentorum, quæ Fasciculo hoc quarto continentur.

TOMUS SECUNDUS.

Fasciculus Primus anno ciɔiɔcclxi editus est.

Index monimentorum, quæ primo hoc secundi voluminis fasciculo continentur.

Fasciculus Secundus anno ciɔiɔcclxiv lucem adspexit.

XXVIII.

Nova editio *Codicis Regularum*[1], priori longe auctior, quæ, a Mariano Brockie illustrata, anno mdcclix. lucem adspexit, inter Collectiones hoc genus Ecclesiasticas locum sibi vindicat. Titulus est;

Lucæ Holstenii Vaticanæ Basilicæ Canonici et Bibliothecæ Præfecti Codex Regularum Monasticarum et Canonicarum quas SS. Patres Monachis, Canonicis et Virginibus Sanctimonialibus servandas præscripserunt. Collectus olim a S. Benedicto Ani-

[1] De priori editione consulendus est Ittigius, de Bibliothecis, p. 651–655.

anensi Abbate: Nunc autem auctus, amplificatus et in sex Tomos divisus. Quorum I. ipsum Codicem antiquum Holstenianum. II. Varias Regulas ac Statuta, monastica et canonica, omnium fere religiosorum Ordinum, qui in Ecclesia Christi floruerunt, et etiamnum florent, usque ad Sæculum XII. inclusive, III. IV. V. et VI. Recentiorum Ordinum et Congregationum Regulas ac Statuta, quibus S. Ecclesia, Sponsa Christi, mirifice exornatur, usque ad nostra tempora complectuntur. Observationibus critico-historicis a P. R. P. Mariano Brockie S. T. D. Priore ac Seniore Monasterii S. Jacobi Scotorum Ratisbonæ illustratus: Eoque pie defuncto ab alio ejusdem Cœnobii, Nationis et Instituti Asceta ulterius continuatus et Indicibus necessariis instructus. Augustæ Vindelicorum Sumptibus Ignatii Adami et Francisci Antonii Veith Bibliopolarum. Anno MDCCLIX. Superiorum Permissu. In folio.

Catalogus Regularum et aliorum Tractatuum, qui in primo Codicis Regularum Tomo continentur.

Pars I.

Regulæ SS. Patrum Orientalium ad Monachos.

Pars II.

Regulæ SS. Patrum Occidentalium ad Monachos.

Pars III.

Regulæ SS. Patrum ad Virgines.

m "Author *hujus Regulæ* incertus est, nec aliunde titulum *Magistri* obtinuit, nisi quod ab initio cujuslibet capitis *Discipulus* quæstionem proponat, ad quod solvendum immediate *Magister* respondet, doctrinamque quæstioni congruam reponit." P. 224.

APPENDIX.

Complectens Exhortationes SS. Patrum ad Monachos et Virgines de Observantia Vitæ Religiosæ, quas a S. Benedicto Abbate Anianensi olim collectas, Lucas Holstenius e duobus MSS^tis Floriacensibus Ser^mae Reginæ Christinæ edidit.

TOMUS SECUNDUS

Varias Regulas ac Statuta, monastica et canonica, omnium fere religiosorum Ordinum, qui in Ecclesia Christi floruerunt, et etiamnum florent, usque ad Sæculum XII. inclusive, Additamentis XXI. comprehensa, exhibet.

Catalogus seu Elenchus Additamentorum Tomi II.

TOMUS TERTIUS

Regulas ac Statuta Recentiorum Ordinum et Congregationum, quibus S. Ecclesia, Christi Sponsa, exornatur, Additamentis XI. comprehensa exhibet.

Elenchus Additamentorum Tom. III.

TOMUS QUARTUS

Regulas ac Statuta Recentiorum Ordinum et Congregationum, quibus S. Ecclesia, Christi Sponsa, exornatur, Additamentis V. comprehensa exhibet.

Elenchus Additamentorum Tomi IV.

TOMUS QUINTUS

Regulas ac Statuta Recentiorum Ordinum et Congregationum, quibus S. Ecclesia, Christi Sponsa, exornatur, Additamentis VII. comprehensa, exhibet.

Elenchus Additamentorum Tomi V.

TOMUS SEXTUS

Regulas ac Statuta Recentionum Ordinum et Congregationum, quibus S. Ecclesia, Christi Sponsa, exornatur, Additamentis X. comprehensa, exhibet.

Elenchus Additamentorum Tomi VI.

XXIX.

Eodem fere tempore ADAMUS FRANCISCUS KOLLARIUS, Bibliothecarius Vindobonensis, duos tomos Monumentorum ineditorum in Bibliothecarum Cæsarea hucusque latentium in lucem edidit. Tomus Prior istius Collectionis hoc titulo signatur:

Analecta Monumentorum omnis ævi Vindobonensia. Opera et studio Adami Francisci Kollarii, Pannonii Neosoliensis, Mariæ Theresiæ Aug. a Consiliis, et Aug. Bibliothecæ Vindobonensis Primi Custodis. Tomus I. Vindobonæ, Typis et Sumptibus Joannis Thomæ Trattner, aulæ et inclytorum Inferioris Austriæ Ordinum Typogr. Anno CIƆIƆCCLXI. In folio.

Index eorum quæ in Analectorum Vindobonensium Tomo I. continentur.

Recensio XXIV. manu exaratorum codicum Cæsareorum ad vitam et res gestas Caroli M. pertinentium; ex quibus a Lambecio vulgata fuerunt hæc:

[n] Doctissimus Pertzius (ap. Monum. German. Hist. Tom. II. p. 256.) dicit hoc Chronicon breve "haberi in plurimis per Germaniam, Italiam, Galliamque codicibus a se evolutis, sed nonnisi ultimis sextæ ætatis lineis aliquem historiæ fructum afferre."

Reliqua monumenta quæ in hoc primo Tomo continentur, Antiquitates quidem, ut aiunt, atque historiam Literariam recentiorem illustrant, sed minus ad res Ecclesiasticas pertinent.

TOMUS SECUNDUS.

Analectorum Monumentorum omnis ævi Vindobonensium, qui anno CIƆIƆCCLXII. in lucem prodiit, eodem titulo, quo Primus gaudet.

Index eorum, quæ in Analectorum Vindobonensium Tomo II. continentur.

[o] Aliud ÆNEÆ SYLVII opus historicum a *Raymundo Duellio*, (de cujus Miscellaneis jam supra p. 35–37. egi,) in libro, quem habeo, est vulgatum. Ejus libri titulus est;

Biga Librorum Rariorum, quorum I. Chorographia Austriæ, W. Lazii. II. Historia Gothica, Aen. Sylvii, hucusque inedita, et inter ejus Scripta nunquam commemorata. In lucem protulit A. R. D. Raym. Duellius, C. R. qui etiam Præfationem præmisit. Francofurti et Lipsiæ, MDCCXXX. In folio.

Hæc Æneæ Sylvii Historia Gothica est Compendium Jornandis ex Codice MSto Monasterii Gottvvicensis per illum excerptum.

XXX.

Editio Lucensis *Baluzii Miscellaneorum* collectio tantum non nova est. Doctissimus enim editor, JOANNES DOMINICUS MANSI, permulta omnis generis inedita monumenta quæ hactenus in bibliothecis Italicis latuerant, singulis voluminibus inseruit. Alia causa est cur indices hujus editionis integros describam, quod cl. Ittigius in suo Tractatu de Bibl. PP. p. 310–335. quinque collectionis Baluzianæ tomos recenset, præterea nullum: utpote cum tomi duo, sextus scilicet et septimus, post ejus obitum lucem adspexerunt.

Stephani Baluzii Tutelensis Miscellanea novo ordine digesta et non paucis ineditis Monumentis opportunisque Animadversionibus aucta Opera ac studio Joannis Dominici Mansi Lucensis. Tomus Primus continens Monumenta Historica tum sacra tum profana. Lucæ MDCCLXI. Apud Vincentium Junctinium. Superiorum Permissu. Sumptibus Joannis Riccomini.

Elenchus eorum quæ in Primo Tomo continentur.

Monumentorum Historicorum Appendix Joannis Dominici Mansi C. M. D. L.

Elenchus eorum quæ in SECUNDO TOMO continentur.

Monumentorum Sacrorum Appendix Joannis Dominici Mansi, C. M. D. L.

TOMUS III.

Anno MDCCLXII. editus.

Elenchus eorum, quæ in Tertio Tomo continentur.

Epistolæ Miscellaneæ.

Cluniacensia Varia.

Varia De Hugone Episcopo Diensi, et Archiepiscopo Lugdunensi, Sedis Apostolicæ Legato.

Appendix Monumentorum Diplomaticorum et Epistolarium Joannis Dominici Mansi C. M. D. L.

Epistolæ Pontificum Romanorum.

De Concilio Basileensi Monumenta Nonnulla.

TOMUS IV.

Elenchus eorum quæ in IV. et ultimo Tomo P continentur.

Carmina.

P Qui anno MDCCLXIV. vulgatus est.

Monumentorum Variorum Appendix Joannis Dominici Mansi, C. M. D. L. A.

¶ Joannes Dominicus Mansi Archiepiscopus Lucensis factus, huic Bernardino Baroni demandavit provinciam curandi, ut Quartus Tomus Miscellaneorum Baluzii ad exitum et complementum perduceretur.

XXXI.

Pergamus ad cl. ANGELI MARIÆ BANDINII collectionem titulo *Græcæ Ecclesiæ veterum Monumentorum ex Bibliotheca Medicea* inscriptam, tribus Tomis in 8vo. comprehensam, quam ad manum habeo. Primus tomus hoc titulo gaudet:

Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου Βασιλέως καὶ Εὐδοκίας τῆς Βασιλίδος ἔργα τὰ ἀνέκδοτα. JUSTINIANI Magni Imp. et EUDOCIÆ Augustæ Opera quædam Anecdota nunc primum ex MSS. Codd. Bibliothecæ Mediceæ Græce et Latine in lucem prodeunt cura et studio Ang. Mar. Bandinii Juris utriusq. Doctoris Sacrosanctæ Laur. Basilicæ Canonici ibidemque S. C. M. Regi Bibliothecarii. Florentiæ Typis Cæsaris CIↃIↃCCLXII. Superiorum permissu.

"Habes," sic loquitur doctissimus Editor, "in hoc volumine, amice lector, duo insignia veteris ævi monumenta, alterum videlicet Justiniani Imperatoris Opusculum adversus Theodorum Mopsuestenum, ac defendentes iniqua ejus dogmata, et Epistolam Ibæ dictam, nec non Theodoreti libros contra Catholicam fidem; alterum celeberrimæ Eudociæ Augustæ Poëmatis, quod de Divo Cypriano, teste Photio tribus libris conscripserat, pretiosissimum *ἀπόσπασμα*."

Alterius voluminis titulus ita se habet;

S. Joannis Chrysostomi in Ninevitarum Pœnitentiam Homilia.
Anastasii Sinaitæ Sermo III. de Hominis Creatione. Accedunt Formula Abjurationis *Athinganorum*,
S. Gregorii Nazianzeni Epigrammata quædam Latinis Versibus reddita,
Specimen Operis Jo. Cantacuzeni contra Palamam, Barlaam, et Acindynum,
Joannis Diaconi Orestiadis Poema de Laudibus Imperatoris Palæologi,
Specimen Commentarii Jo. Chrysostomi in Job.

Omnia nunc primum deprompta ex Medicea Bibliotheca cura et studio Ang. Mar. Bandini I. U. D. Basilicæ Laurentianæ Canonici ibidemque S. C. M. Regi Bibliothecarii. Florentiæ Typis Cæsaris CIƆIƆCCLXIV. Superiorum permissu.

Hæc duo volumina excepit Tertium; cujus titulus Monumenta in eo contenta exhibet:

Fasciculus Rerum Græcarum Ecclesiasticarum exhibens Tractatum Basilii Magni de Synisactis, Nicephori Callisti Xanthopuli Sermonem in S. Mar. Magdalenam, Codicum aliquot insigniorum Notitiam. Omnia Græce nunc primum prodeunt ex Medicea Bibliotheca cura et studio Ang. Mar.

Bandinii I.U.D. S.C.M. Regii Bibliothecarii Publicæ Marucell. Biblioth. Præfecti. Florentiæ Typis Cæsareis anno CIƆIƆCCLXIV. Praesidibus adnuentibus.

Omnia opuscula quæ in hac collectione leguntur, *Catalogo Codicum Manuscriptorum Bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ* quem Florentiæ anno MDCCLXV. idem Bandinius edidit, etiam inserta sunt.

XXXII.

Nunc ad Bibliothecam Veterum Patrum novissimam progredimur. Istam Collectionem, inter omnes illo titulo inscriptas facile principem, ANDREÆ GALLANDIO, Congregationis Oratorii Presbytero, debemus. Tomus primus, quem alii tredecim secuti sunt, anno MDCCLXV. Venetiis in lucem prodiit. Singuli tomi duos Indices, unum Chronologicum, alterum Alphabeticum, habent. Hoc omisso, illum (nonnunquam pro consilii mei ratione mutatum) describam.

Hic autem mihi liceat de collectionibus quæ Bibliothecarum Patrum nomine inscribuntur, quædam fusius dicere. *Margarinus de la Bigne*, qui primus hac inscriptione usus est, suam Bibliothecam Patrum in tomos octo distinctam anno MDLXXV., atque ejusdem Appendicem anno MDLXXIX. Parisiis in lucem edidit. *Secunda* Bibliothecæ Patrum Bignæanæ editio, in novem tomos distributa, numeris et modis omnibus locupletata ac castigata, ut dicit editor, ac certe novo ordine disposita, anno MDLXXXIX. lucem publicam adspexit. *Tertia* editio quæ anno MDCIX. prodiit, Auctuario locupletata est. Scriptores in his Bibliothecis Patrum Parisiensibus contenti juxta certas materiarum classes digeruntur. Sed *Bibliotheca Patrum Coloniensis* de qua jam loquendum est, ordinem sæculorum quibus Scriptores vixerunt, observavit. Hæc Bibliotheca in tomos quatuordecim distributa, opera et studio Theologorum ac Professorum Coloniensium edita, Coloniæ Agrippinæ, anno MDCXVIII. prodiit; atque anno MDCXXII. tomo decimo quinto, sive Supplemento, vel Appendice locupletata

est. Parisienses autem Bibliothecam Coloniensium magnitudinem suæ excedere indignantes, editioni Bibliothecæ Bignæanæ *quartæ*, quæ anno MDCXXIV. tomis decem comprehensa prodiit, *Auctuarium Græco-Latinum*, opera *Frontonis Ducæi* conflatum, adjunxerunt: atque anno MDCXXXIX. aliud *Supplementum* Latinum duobus tomis comprehensum addiderunt. Editio *quinta* Bibliothecæ Parisiensis quæ anno MDCXXXXIV. lucem adspexit, XVII. tomis constat, et quartam Bignæanæ Bibliothecæ editionem, Frontonis Ducæi Auctuarium, ac Supplementum anno MDCXXXIX. vulgatum comprehendit. Editio *sexta* quæ anno MDCLIV. in lucem prodiit, nihil est nisi idem liber iterum typis excusus. Interea autem *Franciscus Combefis*, vir de studiosis Græcorum scriptorum Ecclesiasticorum optime meritus, *Græcolat. Patrum Bibliothecæ Novum Auctarium* in duos tomos distributum Parisiis anno MDCXLVIII. edidit. Idem *Bibliothecæ Græcorum Patrum Auctarium Novissimum* in duas Partes divisum Parisiis anno MDCLXXII. publici juris fecit. Sed *Bibliotheca Patrum Lugdunensis* quæ anno Christi MDCLXXVII. in tomos XXVII. distributa prodiit, omnibus jam memoratis palmam præripuit. Hæc enim *Maxima* jure dicitur, et scriptores fere omnes apud priores editiones inventos, et multos alios undique collectos, (sed Latine tantum) ordine sæculorum dispositos exhibet. De his omnibus cl. Ittigius in suo Tractatu disserit. Nunc igitur ad Bibliothecam Gallandianam de qua loqui cœperam, me recipio. Inscriptio talis est:

Bibliotheca Veterum Patrum Antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, postrema Lugdunensi longe locupletior atque accuratior. Cura et studio Andreæ Gallandii Presbyteri Congregationis Oratorii. Venetiis CIↃIↃCCLXV. Ex Typographia Joannis Baptistæ Albritii Hieron. Fil. Cum Veneti Senatus Privilegio.

TOMUS I.

TOMUS II.

anno MDCCLXVI. lucem adspexit. In eo continentur,

TOMUS III.

anno MDCCLXVII. editus est.

TOMO IV.

anno MDCCLXVIII. edito continentur,

TOMUS V.

anno MDCCLXIX. lucem publicam adspexit.

TOMUS VI.

anno MDCCLXX. prodiit; et continet,

TOMUS VII.

TOMO VIII.

qui anno MDCCLXXII. vulgatus est, exhibentur;

TOMUS IX.

anno insequenti in lucem prodiit.

TOMO X.

anno MDCCLXXIV. edito, continentur,

TOMUS XI.

anno MDCCLXXVI. vulgatus est.

TOMUS XII.

anno MDCCLXXVIII. in lucem prodiit.

TOMO XIII.

qui anno insequenti lucem adspexit, continentur,

TOMUS XIV.[r]

anno MDCCLXXXI. lucem publicam adspexit; quo continentur,

[r] Quæ fuerit causa cur cl. Danzius, qui suæ editioni Bibliothecæ Patristicæ Walchianæ indicem hujus Collectionis inseruit, ne verbum quidem de hoc tomo dixerit, valde demiror.

Appendix complectens Veterum quorumdam Scriptorum Monumenta nova. Omnia fere nunc primum Græce edita, et Latinitate donata [s].

XXXIII.

Non prætermittenda Catena Græcorum Patrum, quæ anno MDCCLXXII. Lipsiæ edita est. Inscriptio talis est:

Σειρὰ ἑνὸς καὶ πεντήκοντα ὑπομνηματιστῶν εἰς τὴν Ὀκτάτευχον καὶ τὰ τῶν Βασιλείων ἤδη πρῶτον τύποις ἐκδοθεῖσα ἀξιώσει μὲν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ γαληνοτάτου Ἡγεμόνος πάσης Οὐγκροβλαχίας Κυρίου Κυρίου Γρηγορίου Ἀλεξάνδρου Γρικᾶ ἐπιμελείᾳ δὲ Νικηφόρου

[s] Errat Cl. Danzius qui hanc Appendicem volumen decimum quartum Bibliothecæ Gallandianæ esse credit, (Walchii Bibl. Patrist. p. 228.)

Ἱερομονάχου τοῦ Θεοτόκου. Τόμος Πρῶτος τὴν Πεντάτευχον περιέχων. Ἐν Λειψίᾳ τῆς Σαξονίας, ἐν τῇ τυπογραφίᾳ τοῦ Βρεϊτκόπφ. Ἔτει ,αψοβ΄.

Quæ sic Latine verti potest;

Catena LI. Interpretum in Octateuchum et libros Regum, nunc primum typis vulgata, auctoritate religiosissimi ac serenissimi Ducis universæ Hungaro-Valachiæ D. D. Gregorii Alexandri Gricæ, cura Nicephori[t] Hieromonachi Theotoci. Tomus Primus Pentateuchum continens. Lipsiæ, ex officina Breitkopf. Anno MDCCLXXII. In folio.

Scriptores ex quibus Tomus Primus hujus Catenæ concinnatus est, sunt;

Acacius Cæsariensis.
Alius.
Ἀνεπίγραφος.
Anonymus.
Apolinarius.
Athanasius.
Basilius.
Chrysostomus.
Clemens.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Didymus.
Diodorus.
Dionysius Alexandrinus.
Ephræm (Syrus).
Epiphanius.
Eusebius Emesenus.
Eustathius Antiochenus.
Gennadius (Patr. CPolitanus.)
Gregorius Nyssenus.
Gregorius Theologus.
Hesychius.
Hippolytus.
Incertus.
Josephus.
Irenæus Episcopus Lugdunensis.
Isidorus Pelusiota.
Justinus.
Maximus.
Melito.
Nilus.
Origenes.
ἐκ τῆς Παναρέτου, (i. e. Siracidæ Libro.)
Philo Judæus.
Philo Episcopus (Carpasius).
Polychronius.
Procopius Gazæus.

[t] Doctissimus Holmesius (Præfat. ad Pentateuchum, Cap. IV.) hunc Nicephorum postea Archiepiscopum Slabiensem et Chersonensem, sedem Astracani habentem, factum esse dicit.

Serapion.
Severus Antiochenus.
Severus Gabalensis[u].
Succensus Diocæsariensis.
Theodoritus.
Theodorus Mopsuestenus.
Theodotus.
Theophilus Alexandrinus.
Victor Presbyter (Antiochenus).

Catalogus Patrum ex quibus Tomus Secundus[x] hujus Catenæ coaluit, (Ὁ *τῶν ὑπομνηματιστῶν εἰς τὸν* Ἰησοῦν *τὸν* Ναυῆ *εἰς τοὺς* Κριτὰς *καὶ εἰς τὰς τέσσαρας* Βασιλείας Κατάλογος,) Latine versus, hic est:

Ἀνεπίγραφος.
Anonymus.
Asterius Amasenus.
Athanasius.
Basilius Cæsariensis.
Basilius Seleuciensis.
Chrysostomus.
Clemens.
Cyrillus Alexandrinus.
Cyrillus Hierosolymitanus.
Didymus.
Diodorus.
Ephræm (Syrus).
Epiphanius.
Eusebius.
Eusebius Cæsariensis.
Eustathius Antiochenus.
Gregorius Nyssenus.
Gregorius Theologus.
Hippolytus.
Incertus.
Joannes Damascenus.
Josephus.
Irenæus Lugdunensis.
Isidorus Pelusiota.
Justinus.
Maximus.
Nilus.
Origenes.
Philo Judæus.
Photius CPolitanus.
Procopius Gazæus.
Severianus Gabalensis.
Severus Antiochenus.
Theodoritus.
Theodorus Mopsuestenus.
Theodulus.
Victor.

XXXIV.

Opus a Johanne Christophoro Amadutio et aliis in quatuor voluminibus Romæ (an. 1773–1782) editum, perpauca monumenta ad res ecclesiasticas spectantia exhibet. Omnium

u Id est, Severianus Gabalensis.

x Tomus secundus, (*Τόμος Δεύτερος τὸν Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ, τοὺς Κριτὰς, τὴν Ῥοὺθ, καὶ τὰς τέσσαρας Βασιλείας περιέχων,*) anno MDCCLXXIII. vulgatus est.

autem quæ Sacrarum Literarum nomine digna sunt, titulos e reliqua farragine selegi, et huic Notitiæ inserendos curavi. Inscriptio est,

ANECDOTA LITTERARIA ex MSS. Codicibus eruta. Romæ, apud Antonium Fulgonium. Præsidum Adprobatione. In 8vo.

In Volumine Primo inveniuntur,

In Volumine Altero.

